



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Commentaria In Regvlas Cancellariæ Apostolicæ: Sive In
Glossemata Alphonsi Sotto, Glossatoris nuncupati**

Chokier, Jean de

Coloniae Agrippinae, 1674

Reg. VII. [i.e. VIII.] de Reservationem mensium Apostolicorum, & Alternativa
pro Episcopis residentibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62377](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62377)

atum Ecclesiarum: Per Decreto Papale, & Imperiale, Dogni Chiesa me dato che sia
 Fuit autem à Constantino; posteaquam baptizatus fuit à Silvestro
 Papa in Caeliomonte in adibus nobilissimæ familia Lateranensis mira mu-
 nificencia, teste Damaso & Beda exornata, & dotata, & ab eodem Silvestro
 id. Novembris consecrata, quo die imago Salvatoris, quæ etiamnum
 conspicitur in tabulato supra altare majus opere Mosaico depicta populo
 Romano miraculosè apparuit, jamque à mille trecentis annis multorum
 incendiorum vitrix perdurat.

(Parishionem Episcop.) Plura hac de re vide apud Franciscum de Pavinis
 de officio & pot. c. Sede vac. in 6. præludio. num. 9. Gomez. ad Regulam de Tri-
 mali questione 31. num. 14.

REGVLA VIII. CANCEL. CLEMENTIS VIII.
 ET PAULI V.

RESERVATIO MENSIVM APOSTOLICO-
 RUM ET ALTERNATIVA PRO EPISCOPIS
 residentibus.

Item cupiens idem D. N. Papa pauperibus clericis & aliis
 beneficiis personis providere, a omnia beneficia Ecclesiasti-
 ca a cura & sine cura, c secularia & quorumvis ordinum Re-
 gularia, d qualitercunque qualificata & ubicunque existentia, in
 singulis Januarii, Februarii, Aprilis, Maii, Julii, Augusti, Octo-
 bris & Novembris mensibus, e usque ad suæ voluntatis beneplaci-
 tum extra Ro. Curiam, alias quam per resignationem & quocum-
 que modo vacatura ad collationem, provisionem, h præsentationem
 & electionem & quamvis aliam dispositionem, k quorumcum-
 que collatorum & collatorum secularium & quorumvis ordinum
 Regularium (non tamen S. R. E. Cardinalium, l aut aliorum sub
 Concordatis inter Sedem Apostolicam & quoscumque alios ini-
 tiis, & per eos qui illam acceptare & observare debuerant, accep-
 tatis & observatis, quæ lædere non intendit comprehensorum) quo-
 modo libet pertinentia, m dispositioni suæ generaliter reserva-
 vit, n Volens in supplicationibus seu concessionibus gratiarum,

qua de dictis beneficiis tunc vacantibus, etiam motu proprio, de mense in quo vacaverint, dispositive mentionem fieri, alioquin gratias nullas esse. o Ac consuetudines etiam immemorabiles optandi majores & pinguiore praevidendas: necnon privilegia (etiam in limine erectionis concessa) & indulta Apostolica circa, ac etiam disponendi de hujusmodi beneficiis, aut quod illa sub hujusmodi reservationibus nunquam comprehendantur, etiam cum quibusvis derogatoriis derogatoriis & fortioribus, efficacioribus, & insolitis clausulis, necnon irritantibus & aliis decretis (quorum tenores pro expressis haberi & latissime extendi voluit) quibusvis personis & collegiis, cujuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis & conditionis existentibus quomodolibet concessa, adversus reservationem hujusmodi minimè suffragari. p Insuper Sanctitas sua ad gratificandum Patriarchis, Archiepiscopis & Episcopis intenta, ipsis quamdiu apud Ecclesias aut Dioeceses sua verè ac personaliter resederint dumtaxat, q de omnibus & quibuscumq; beneficiis Ecclesiasticis cum cura & sine cura, Secularibus, & Regularibus ad liberam ipsorum dumtaxat, non autem aliorum, ad eis dispositionem, seu praesentationem, vel electionem, & nec etiam cum consilio, vel consensu seu interventu Capitulorum vel aliorum, aut alias pertinentibus, s quae in antea in mensibus Februarii, Aprilis, Junii, Augusti, Octobris & Decembris extra Curiam ipsam vacare contigerit (r dummodo alias dispositioni Apostolica reservata, vel affecta non fuerint) liberè disponendi facultatem concessit: v ac etiam voluit, ut si ipsi in collatione aut alia dispositione beneficiorum in aliis sex mensibus, videlicet Januarii, Martii, Maji, Julii, Septembris, & Novembris vacaturorum (quae etiam dispositioni suae, ut praefertur, reservavit) seu etiam aliorum dispositioni suae & dictae Sedis alias quomodolibet reservatorum affectorum, sese intromiserint, aut quominus provisiones Regiae Sanctitatis suae de illis debitum effectum consequantur, impedimentum quoquomodo praestiterint, usu & beneficio praedictae facultatis eo ipso privati existant: ac collationes & aliae dispositiones de beneficiis illius praetextu deinceps faciendae, nullius in re roboris vel momenti, x Illi verò qui gratiam alrernativè prae-

Et acceptare voluerint, acceptionem huiusmodi per Parentes litteras manu propria scriptas suoque sigillo munitas, & in sua quaque Civitate vel Dioecesi datas, declarare, & litteras ipsas huc ad Datarium Sanctitatis suae transmittere teneantur, quibus ab eo receptis & recognitis, tunc demum & non antea, uti incipiant gratia supradicta. v. Decernens sic in praedictis omnibus per quoscumque, &c. iudicari debere, & ac irritum, &c.

ARGUMENTA IN PRO OEMIVM.

REGVLA VIII.

1. Haec Regula doctissimis Commē-1
tariis explanata est per Hieron.
Gonzalem.
2. Res obscurae & magnae sub brevi-
loquio non facile explicantur.
3. Omnis iurisdictio & potestas dis-
ponendi de beneficiis à principio
non Apostolis, sed soli Petro à
Christo data fuit.
4. Solus Papa initio nascentis Ecclesie
ordinavit & instituit dignitates &
beneficia Ecclesiastica.
5. Postea concessit Episcopis & Ar-
chiepisc. facultatem conferendi
beneficia in sua Dioecesi existentia.
6. Antea impedimentum huius reg. E-
piscopi & Archiep. communi ju-
re conferbant beneficia in utro-
que mense.
7. Per reservatorias regulas Ordina-
riis nulla sit injuria.
8. Pontifices de jure suo non nihil de-
cedere voluerunt in gratiam ordina-
riorum, quibus quatuor menses ad
conferendum permiserunt.
9. Ratio reservationis Papalis.
10. Mensis Apostolicus quando inci-
piat & finiatur.
11. Impetrans tenetur probare narra-
ti vā vacationis in qua se fundat.
12. Ratio alternativae per Pontifices
concessae locorum ordinariis.
13. Pontifices posterioris aevi sustule-
runt omnes expectativas & man-
data de providendo & reservatione
in favorem.
14. Papa concurrat cum ordinariis in
mensibus ipsis concessis, estq; pra-
ventioni locus, si velit, licet nolit,
nisi expresse deroget huic regulae.
15. Ratio cur in supplicationibus de
beneficiis reservatis vacantibus
exprimi debeat dispositivè mensis
in quo vacaverint.
16. Papa non praesumitur velle con-
ferre beneficia ad collationem ordi-
nariorum, nisi ex tenore gratiae
constaret de praeventione.
17. Expressio vacationis in mense ordi-
nario declarat intentionem pra-
veniendi si supplicatio signatur.
18. Haec aliaq; regulae reservatoriae ex-
pirant morte Papae, ideoq; sede va-
cante Episcopi conferent benefi-
cia in utroq; mense vacantia.
19. Haec regula bimēbris est: sub qua
distinctio-

REGVLA
VIII
IN PRO OEMIVM
ARTICVLA
VIII
LARI
DICE
EPISCOPIS

distinctione clarè patefcit sensus illius.
 20. Discrimen inter utrumque membrum hujus regulæ.
 21. Hæc Regula quateous favorabilis sit & odiosa.
 22. Sequestrum imponendum ubi lit oritur ratione beneficii reservati.
 23. Regula hæc locum habet in quacumque vacatione.

24. Conditor hujus Reg. Cæterus VIII.
 25. Causæ impulsivæ hujus Reg. duæ.
 26. Auctor horum Commentariorum libros sex politicorum dicitur PAULO V.
 27. Præsentibus potius in Causis quam absentibus conferri debent beneficia.

COMMENTARIA IOANNIS ACHOKIÆ.

Hæc regula antequam elucubratis Hieronymi Gonzalez Icti Hispani Advocati curiæ Romanæ Commentationibus enodata, & elucidata esse non planè perspicua erat, sed multis involucris obscura, & sinuosa, ut plerumq; imò læpissimè, animi pragmaticorum in multis ad hæc referentibus velut in bivio, quod dicitur, constituti, in diversis illius locis dubitantes. Hinc iusta, & utili motu ratione idem D. Gonzalez, magno studio, curæ, & vigilis ante annos circiter XVI. ca sub acumen doctissimi sui calami in librum commisit, quæ hujus regulæ viam alioqui salebrosam, & difficilè, planam, & præsertim, tritam redderet. Ergo vero materiæ hujus (quæ alioqui necessario in hunc tractatum utilitate accensus, utpote quæ toto in terrarum orbem quæritissima est, non pauca ad usum memoriæ, & exercitationis meæ, ac meorum, quam ut alios instruerem, non solum è scriptis ejusdem D. Gonzalez, sed etiam è diversis aliorum DD. voluminibus diversis succinctè compilavi, & præsertim, ut spero, lectione, Episcopi, aliiq; locorum Ordinarii qui gratiam æternitæ acceptare voluerint, ex facili videbunt, quæ sit illis concessa libertas per hanc regulam conferendi beneficia in sua Diocesi. Cæterum, non potui non interdum prolixior esse, qui alioqui multiloquii vitare solent, ut alicubi scribit Præsul Salesbriensis l. 5. de nugis curialium, res magna fecerunt, etè quidem à Sapiente proponuntur, sed nunquam perfectè sub angustis terminis explanantur. Omittam tamen, ac præcidam quam plurimas ambages, ut & sinuosas, longeq; petitas quæstiones, quæ lectoris mentem magis, quam instruunt. Præmittam nihilominus certas quasdam consideraciones priusquam ad regulæ explanationem me conferam, Imprimis notandum, quod omnis jurisdictio & potestas disponendi de beneficiis à primis non Apostolis, sed Petro illorum Principi, à Christo data fuit c. tra. Dominus. hunc enim 19. dist. c. fin. n. dist. c. in novo 21. dist. Jo. And. in c. cum ex eo n. 13. de Res. ven. 38. Gomez. tract. de expectativis num. 10. Ideo solus Papa initio natus

Ecclesie ordinavit & instituit dignitates & alia Ecclesiastica beneficia c. 1. & 2. Jo. Selva tract. de benef. part. 2. q. 22. n. 3. & consequenter ad solum Pa-
 ram spectabat collatio omnium beneficiorum in Urbe & in toto Orbe
 iam Parisi. de resig. benef. lib. 1. q. 10. n. 47. arg. text. in d. cap. admonet Jo. Selva. d. n. 3.
 Deinde S. Pontifex concessit Archiepiscopis & Episcopis facultatem ut qui-
 libet in sua Diocesi beneficia ibidem consistentia conferre posset c. decreto ibi
 qua vires suas &c. cap. qui se fecit in pr. 2. quest. 6. Hier. Gabriel. conf. 197. num. 3. &
 S. Simonetta tract. de Reservation. quest. 3. Flam. d. quest. num. 49. per quam qui-
 dem facultatem seu concessionem Archiepiscopi & Episcopi de jure comu-
 ni habent fundatam intentionem injure conferendi omnia beneficia Eccles.
 in suis Diocesisbus existentia cap. regenda 10. q. 1. cap. Nullus omnino 16. q. 7. Gonz.
 in proem. in pr. ubi subjicit: quod ante impedimentum hujus regulæ VIII.
 reservatorie octo mensium, aliis reservationibus cessantibus Episcopi poterant
 conferre beneficia in quolibet mense vacantia, & habebant omnes menses
 liberos, Gomez. d. tr. de Except. n. 20. Crescen. decis. 3. num. 4. de Privil. Unde morte
 Papæ conferrent omnia beneficia in utroq; mense vacantia; eum reservati-
 ones expirant illius morte Nicol. Garc. in tr. de benef. p. 5. c. 1. §. 11. n. 645. Attamen
 nulla est Episcopis & Archiepiscopis facta injuria, aut præjudicium per
 hanc, aliq; præcedentes reservatorias Regulas Papales: cum res ad suam
 primariam naturam & originem revertatur, ut tradit An. de Falcon. in tr. de re-
 servat. 2. pralud. n. 2. vers. unde si contingeret, Mendos. in reg. 2. q. 2. n. 12. ante finem &
 Stapleton de lit. grat. tit. Papa an gravet Eccles. &c. n. 5.

Verum, quia per ejusmodi reservationes & gratias expectativas ad vacan-
 tura abdicabatur quodammodo jus jam ante concessum ab ordinariis coll.
 quam quæ non censetur id auferri quod precario concessum est, non aliter
 nisi si Episcopus potestatem conferendi beneficia Vicario suo tribuat: nam
 nihilominus ipse, si volet, conferet, & ejusmodi facultatem Vicario datâ po-
 terat revocare, Rebuff. in praxi tit. de forma Vicariatus n. 89.) Pontifices ne de se
 quærentur Ordinarii, dividere voluerunt menses, videlicet Martium, Ju-
 nium, Septembrem, ac Decembrem, communiter dicti Ordinarii; & sibi reli-
 quos octo menses reservarunt, propter curam suam majorem, & potestatem
 quam alioqui à se abdicare non potuerunt Felii in c. dilecti n. 1. de Major. & ob.
 Coram in c. quamvis pactum 2. p. §. 2. n. 4. de pactis in 6.

Sed & alia subest ratio ejusmodi reservationis, quam promit Simon. in tr.
 de reserv. q. 3. num. 5. que similis est glossæ in extravag. Joannu 22. Execrabili §.
 que omnia, verbo reservamus de præbend. sic inquit: si quæris à me quæ po-
 tuit esse causa rationalis, quod Papa ad se talia beneficia revocaverit cō-
 ferenda, possum respondere, quod cum ad ejus sedem confluant undecumq;
 clerici indigentes, quibus paterna provisione subvenire tenetur, justū fuit &

K

æquum

æquum adinvenire modum, per quem Papa possit de multis beneficiis provide-
 videre. Aliam causam non insecutam addit Lessius *tr. de just. & jur. l. 2. c. 4. q. 1. dub. 10. n. 48.* ut nimirum Ecclesiasticorum & Ecclesiarum, quæ sunt per orbem
 major sit communicatio & conjunctio cum Ecclesia Rom. matre sua, quam
 non solum, in spiritualibus quæ sæpè parum curantur, sed etiã in temporariis
 bus, & proventibus Ecclesiasticis ab ea dependent. Quod enim in pluribus
 ea dependent, & ad eam confugere debent, eò magis reverentur, amant, &
 in iis quæ ad fidem, mores, & sacra ministeria pertinent, se illi submittunt
 quod si in nullo ab ea dependerent, facilè unio Ecclesiæ per schismata de-
 solveretur. Meritò ergò mensis anni partitus est inter se, & Ordinarios.

Interea hic velim notes, mensem Apostolicum, seu reservatum, terminari
 in media nocte ultimi diei, & ex illa dimidia nocte incipere mensem ordi-
 narium, *l. more Romano ubi Jus. & DD. de Feris Gomez. ad reg. de infirmis. 4. c. 3. p. 101.*
qua de re, & cui incumbat onus probandæ vacationis de momento, præter
præter Nicol. G. in suo tr. de benef. p. 5. c. 1. §. 11. ubi sùssimè Gonzalez in gl. 11. p. 101.
ubi etiam n. 101. subjicit quod impetrans tenetur plenè, & conclusivè
ter probare narrativam vacationis, in qua principaliter se fundat ad in-
dicendam reservationem, vel vacationem ipso jure Rota decis. 16. de præbend. n.
No. Egid. decis. 211. Simonetta de Reserv. q. 24. quod limita per not. Gonzalez
ubi supra.

Rursum, quominus Pontifices recederent à facultate per eos data locorum
 Episcopis, quoq; magis isti allicerentur ad residentiã, æqualiter diversè
 omnes menses cum dictis Episc. alternativamq; residentibus (quoad benefi-
 cia liberè duntaxat collationis acceptare volentibus) concesserunt, ut in hoc
 R. habetur: præterquam quod distulerint omnes expectativas, & mandata
 providendo, ut & reservationes ad favorem certarum personarum, quod
 disertè etiam cavetur in Concil. Trid. sess. 24. de refor. c. 19. Flam. Paril. decis.
 ven. l. 2. q. 16. exceptis tamen primar. precibus Incap. ad quas triplici opul. cap.

Secundò notandum, quod etiam si Ordinarii habeant quatuor menses, præ-
 lex ut dictum est, ad conferendum beneficia suæ Diocesis, nihil secus fieri
 poterit Papa providere, & cù Ordinariis concurrere in dictis mens. con-
 gentibus, cum ipse sit Ordinarius Ordinariorù c. cuncta per mundam c. 1. n. 1. de
 concess. præb. Staphil. de literis Grat. in prælud. n. 8. Put. decis. 48. n. 8. l. 3. Ruyss.
 concord. Rub. de mandat. apost. verbo jure præventionis, & in praxi tit. de Expectat.
 n. 2. in fi. sic quidem ut illa provisio procedat, & teneat, quæ prius facta sit
 sive à Papa sive ab Episcopo, ita ut præventioni locus sit c. dudum 14. n. 1.
 igitur de præbend. in 6. cap. si à sede 31. d. tit. quod ut sit verum, non tolerari
 nec intendit Papa ejusmodi provisiones facere, nec etiam expectativas
 concedere, ut quoad ejus fieri possit, minimum recedat à facultate Episcopi
 pis per eum semel concessa, text. in c. pervenit in c. si. ut. q. 1. ubi si sua unicus

Imò quoad effectum alternativæ, coarctatur Papa ad non conferendum in mensibus ordinariis, obstante decreto irritanti, *Mohed. decis. 1. n. 4. Put. decis. 492. n. 2. in fi. l. 2. nisi expresse Papa huic regulæ derogaverit, vel aliàs provisioni adiecerit verbum universale quomodolibet, Put. decis. 48. n. 2. l. 3. & decis. 215. & 222. lib. 1. Cassad. decis. 15. n. 4. & 5. de prabend. qua de re larius infra gl. xi. not. 4. hinc factum ut in nostra regula 8. expresse disponatur, teste D. Gonzalez, §. 4. proem. n. 7. quod in supplicatione gratiæ, etiamsi motu proprio fiat, exprimatür dispositivè mensis vacationis: & hoc eideò, ut Papa sciat, si beneficium sit reservatum ex eo quod vacaverit in suis mensibus: iam vacaturum in mensibus ordinariis non inteadit conferre. *Put. decis. 53. n. 5. l. 2. & decis. 25. n. 1. nec etiam præsumitur velle, Rota decis. 30. n. 2. de prab. in antiq. Gomez. n. 1. de expectativis n. 16. circa med. Abillus decis. 6. n. 1. de privileg. nisi tamen ex tenore gratiæ constaret de præventione: quia tunc cessaret dicta præsumptio, quæ non habet locum quando de veritate apparet l. nuptura 57. in fi. ff. de jur. dot. l. fi. in pr. ff. de neg. gesti. & dicitur constare de præventione ex tenore gratiæ, ut si quis v. g. narret vacasse beneficium in aliquo mense ordinario, nec expresserit aliquam reservationem, quia tunc eo ipso quod Papa concedit gratiam, vult alium quemcumq; collatorem inferiorem prævenire, in e-**

ventum quo alia provisio anterior facta non fuerit, quoniam multò melius declaratur voluntas factis, quàm verbis, l. si rament 48. ff. de adilit. edito l. de quis-
 §. de leg. Gonz. §. 4. proem. n. 67. & seq. qui citat Put. in terminis decis. 59. l. 3. sed hodie nunquam confert Papa per præventionem, debetq; Datarius respondere, Adeat Ordinarium.

Tertiò notandum est, quia hæc aliæq; regulæ reservatoriz expirant morte 18) Papæ earum Conditoris, ut patet ex proem. Reg. ibi: *Extunc suo tempore duratur*: ibiq; notavi, quod cesset reservatio mensium per hanc reg. inducta, quod vacante sede, Episcopi liberè possint conferre beneficia vacantia in omnibus mensibus, sine aliqua distinctione, quia tunc sunt obstacula subacta, & omnes mentes dicuntur ordinariorum, *Milis in verb. reserv. verb. ultima. Simon. de reserv. q. 58. n. 14. Caputaquen. decis. 214. n. 3. l. 2. & decis. 86. l. 1. Crescent. decis. 2. n. de privileg. idq; donec & quousque novus Papa fuerit assumptus ad apicem Pontificatus, ac potius, donec is regulas Cancellariæ publicaverit, quod solet postridie suæ assumptionis, ut notat noster Alphonsus in proem. Regula vers. Item ponderandum, & latissimè hac de re Gonzalez §. 5. proem. n. 53. & seq. ubi tractat, qualiter, & quando Episcopi conferant beneficia refervata sede Apostolica vacante.*

Quartò, præmitto reg. hanc duas habere distinctas partes principales, prima est: a principio usq; ad verbum *Insuper*: reservatq; ista pars, (& quidè non obstantibus quibuscumq; consuetudinibus, etiam immemorialibus, &

privilegiis datis quibuscumq; personis) omnia & quæcumq; beneficia vacantia in octo mensibus, & quidē vacantia quocumq; modo, & qualicūq; fiat beneficia, sive curata, sive non curata, sæcularia, & regularia, collata, vel electiva, & patronata, & qualitercumq; qualificata, sive sint ad provisionem virorum, sive mulierum tam sæcularium, quàm regularium, dummodo tamen non sint vacantia per resignationē, vel vacantia in Rō. Curia, autem sint comprehensa sub Concordatis factis inter Sedem Apost. & alios quocumq; : his enim casibus exceptis, sunt reservata dicta benef. per i. hanc regulam partem: modo in impetratione, & gratia etiam motus proprii statutio clara, plana & dispositiva de mense, in quo beneficia vacaverint, quæ omnia sub nullitatis pœna. Secunda pars est à §. *Insuper*: usq; ad finem: & ista concedit Episcopis, Archiepiscopis, Patriarchis residentibus, alternatim in sex mensibus, videlicet Februarii, Aprilis, &c. conferendi beneficia quocumq; cum cura & sine cura, regularia, & sæcularia, dummodo vacant curiam, sintq; Episcopi, Archiepiscopi, & Patriarchæ residentes, & sint beneficia ad liberam illorum duntaxat collationem, citrà aliorum dispositionem, præsentationem, seu electionem pertinentia: deniq; dummodo non sint beneficia aliàs dispositioni Apostolicæ reservata, vel affecta.

Notandum quoq;, quælibet partem istius reg. fuisse olim regulam de se distinctam, & separatam; nunc verò unicam esse regulam utramq; partem complectentem: attamen discrimen interesse inter utramq;. Nam prima cetera reservatōnem, & manibus ordinariorum ligamen imponit: secunda verò, dictā reservatōnem & vinculum moderatur, & partim relaxat, ac impedimentum removet, prima est Episcopis & Ordinariis præjudicialis, & denegatur potestati ordinariæ, & corrigit jus commune, & eatenus regula hæc utilis est, quatenus tamē facta est ut pauperibus clericis, & alijs benevolentibus personis provideatur, favorabilis est & extendenda, Crescentius *decis. 2. de prob. de prob.* Nam reservatōnes omnes factæ sunt ad alendos litteratos, & ut evitaretur abusus Ordinariorum, qui plerumq; non vitis idoneis, sed amicis, consanguineis, familiaribus beneficia ut plurimum conferabant, aut si aliter ad precibus aut illicitis laicorum fraudibus fiebat, quare Jo. xxii. *in error. ex debito*, dicit se illā beneficiorum reservatōnem fecisse ut facilius & utilius Ecclesiis provideretur, quarū diutina vacatio perniciose pauperes esse de notā propter frequentes in electionibus & provisionibus discordias. *Germ. r. de Ind. Card. §. per qua sublata n. 35.* Secunda est Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, ac alijs Ecclesijs favorabilis, & proinde etiā amplius de iure innitatur jure communi, *Cassad. decis. 3. n. 6. de probend. & decis. 4. n. 2. de prov. Mandos. ad Reg. ii. cancell. quest. ii. num. 2. 3. 4.* Quam distinctionem, & multa in progressu hujus Commentarii, proderit scire, & retinere.

Quintò, præmitto quod quotiescumq; lis intentatur, inter provisum Apostolicum & provisum ab Ordinario super quocumq; beneficio reservato ratione mensium, Judex, parte citata, & citatione reproducta, statim ubi sumariè, & etiam extrajudicialiter cognoverit dictam reservationem, fructus & emolumenta dictorum beneficiorum sequestrari mandabit, & faciet, super quo est constitutio P. 11 v. de data 1560. Octob. 26. Cujus Constitutionis meminimus, ad Reg. 69. infra, sed obiter & cursim.

Sextò, alternativà non solum habere locum in vacatione per obitum, sed etiam per assecutione secundi incompatibilis, per renunciatione, privationem, matrimonium contractum, & ingressum religionis Zerola in praxi Episc. p. 2. v. Alternativa §. 1. ubi scribit si vacet beneficium per assecutionem secundi incompatibilis in mense Papæ quod valeat alternativà & non poterit Episcopus conferre. Idèd Episcopus qui vult privare aliquem beneficio, sit curus, ut faciat cadere privationem in mense suo, ut ad hoc possit de illo disponere, Zer. d. loco. Adest tamen Constitutio P. 11 v. in Bull. fol. 682. de privationibus, quam vide: dat enim modum & formam quomodo beneficia vacantia per privationem conferri debeant.

His ita expeditis, venio ad textum nostræ regulæ, quæ ex præmissis satis summata est. Illius Auctor fuit Clemens VIII. Pontifex Max. quæ virtute, quæ integritate, quæ animi modestia, quæ deniq; eruditione, rerumq; multarum experientia, in maximis Pontificibus numerandus est. Causa illi fuit impulsiva primò, ut pauperibus clericis de beneficiis reservatis providere posset, ut patet ex principio regulæ, & est juri communi conforme. cap. Ecclesiasticus n. 9. 2. 4. secundum Apostolum de prob. Nam conferre beneficium pauperi clerico potius dicitur justitia, quàm gratia, cum illi sit debitum: & propterea rescripta in forma pauperum dicantur, rescripta justitiæ. g. l. in cap. si pauper de descript. in 6. Secundò ut benemeritis beneficia conferret: quippe quibus beneficia & dignitates propriè debeantur, ut docet cap. grave 29. de probend. & 4. ea parte in si. de Constit. & nihil est. cap. causam que de electio. Cum Ecclesia indigeat viri docti & litteratis: cap. cum ex eo 34. ibi Jo. Monachi num. 1. de election. quæ dicitur stellæ in firmamento fulgent in Ecclesia Dei & fin. de magist. Metu ad reg. 16. q. 15. num. 3. modo tamen sint docti quoq; motibus, & cum in cano. 6. ibi status maturitas, gravitas morum & litterarum scientia inquirenda & canon. 20. de elect. Concil. Trid. sess. 24. de reform. c. 18. Atq; tales merito remunerandi, & honoribus à Principibus afficiendi sunt, ut habetur in l. 1. C. de Privil. eor. qui in sacro pal. mil. lib. 12. & l. 1. C. de Præpos. agen. qua de re etiam pluscule scripsi in libris Politicorū, quos magno cum sudore in gratiâ Principum & Palatinorum, decurso tandem decennio confectos dicavi ter Max. Pontifici Paulo v. litteratorum fautori eximio, & nunc in Ecclesia Dei Petri vices maximo Reipub. Christianæ bono, gerenti. Licet autè attenda-

tur, in conferendo, Clerici paupertas, ætas, eruditio, morum honestas, ætatem consideratur quoq; qualitas residentia in Curia, ut scilicet in conferendis beneficiis, presentibus potius in Curia conferantur, quam absentibus arg. eorum qua dicit gl. in d. extray. Execrabilis, §. que omnia: notatq; nos ter Abbat. ad reg. 15. ver. venio nunc ad quartam.

ARGUMENTA IN GLOS. I.

1. Quæ qualitates requirantur ut beneficium Ecclesiasticum dicatur.
2. Altaria, oratoria, & capellania, quæ fundata ab Episc. vel aliis superioris auctoritate, non sunt beneficia Ecclesiastica, nec sub hac reg. comprehenduntur.
3. Beneficia juris patronatus mixti, vel etiam laicalis non comprehenduntur sub hac reg.
4. Limita ut n. 4.
5. Juris patronatus beneficia ex præscript. vel consuetudine competent. an sub hac reg. comprehendantur? & quid de Jure patronatus Ecclesiastico, certis duntaxat personis debito, aut filii patrimonial. cujusmodi pleraq; sunt in Hispania.
6. Præbendæ quæ consistunt in mera temporalitate, an sub hac Reg. includantur.
7. Vicariæ temporales, & non perpetuæ quæ non dantur in titulum non sub sunt dispositioni hujus R.
8. Vicariæ perpetuæ quæ dantur in titulum sunt beneficia Ecclesiastica.
9. Hospitalia etiam si conferantur in titulum, non sunt per hanc reg. reservata: limita, ut ibi.
10. Pensiones an cadant sub dispositione hujus regulae.
11. Pensio est quid temporale.
12. Pensio extinguitur pensionarij morte.
13. Pensio quando dicatur beneficium Ecclesiasticum.
14. Præsimonia an sub hac reg. comprehendantur.
15. Quid in beneficiis manualibus?
16. Quid in beneficiis de mensa?
17. Uniones an veniant sub dispositione hujus reg.
18. Reservationes expectativarum nec capiunt beneficia unita, nec unquam da cum vacaverint per cessum, vel decessum: quod limita, ut ibi.
19. Decretum Concilii Tridentini, circa uniones beneficiorum, &c.
20. Reg. hæc non habet locum in commendata, seu temporali, seu perpetua ad favorē commendatarij duntaxat.
21. Quid in Coadjutoriis?
22. Coadjutoria non inducunt incompatibilitatem.
23. Materiam Coadjutoria: quæ continentur?
24. An sub reservatione hujus reg. cadant officia, quæ non dantur in titulum.

GLOSSA I.

OMnia beneficia Ecclesiastica) Adversandum in primis est, ut beneficium Ecclesiasticum dicatur, requiri qualitates istas: Primò, quod sit fundatum auctoritate Episcopi, Cæsar de Grassis decif. 13. num. 4. & sequentibus. Secundò quod habeat quidam spiritus auctoritatis annexum Abb. Conf. 47. incip. illud. de jure num. 1. Tertium consideratur. Tertio, quod sit conferendum clerico, non laico. c. cum aded de Rescript. Quarto, quod conferri non possit nisi ab Ecclesiastica persona, puta Episcopo vel Prelato, non verò à laico, c. si quis deinceps, c. si quis nullus de quaest. 7. nisi sint beneficia Regalia, que ex privilegio Apostolico pertinent ad collationem Regum. Archid. & Jo. And. in c. 2. de Præbend. in 6. de quibus diximus quodam supra ad Reg. 11. Quintò, quod sit perpetuum, hoc est: quod non conferatur ad certum tempus, sed perpetuo, & ad vitam ejus, cui conferatur, hoc enim proprium beneficiorum est. c. Sanctorum 7. dist. c. pen. de cler. agrot. Achill. de Grass. decif. 1. de Off. Vic. Sextò, quod conferens non sibi sed alteri conferat & quidem pure, & sine aliqua extrinseca conditione c. si quis dator & seq. capit. si quis objecerit 1. q. 3. c. ex p. de offic. deleg. c. 2. de elect. in 6.

Ex quibus consequitur primò, quod altaria, oratoria & capellania, que sunt fundata ab Episcopi, vel alterius Superioris auctoritate, ut sunt permulta in Hispania, non sint beneficia Ecclesiastica, nec incidant in reservationem hujus regula, ex quo primum, & quantum requisitum deficiant, etiamsi cetera adsint, Guido Papa q. 187. n. 1. cum seq. Navar. conf. 5. de præb. Greg. Tholos. in instit. rei benef. c. 12. n. 10. secus si essent in auctoritate Episcopi, & in titulos create: tunc enim caderent sub reservationem hujus reg. quia essent Ecclesiastica beneficia gl. in Clem. fi. verbo beneficiorum de decimis, Selua de beneficio 1. p. q. 3. n. 29. Rebuff. in praxi tit. seculare beneficium quod duplex n. 13. & seq.

Quod saltem, nisi essent juris patronatus laicalis, vel mixti, quia ejusmodi beneficia sub hujus Regula, non comprehenduntur, sicut nec sub aliis reservationibus generalibus gl. in c. verbo collatio, de præb. in 6. ubi Gemin. n. n. Cassad. decif. 6. n. 5. de jurepat. Gomez. ad reg. de Annali q. 7. n. 4. Covar. in pract. q. c. 36. n. 3. & 4. Mand. ad reg. Cancell. q. 8. n. 6. cum seqq. Achilles de Grassis decif. 3. de jurepat. & dicemus infra gl. viii.

Et si nonnulli voluerint jus patronatus mixtum, hoc est, partim laicale, partim Ecclesiasticum, sub reservationem hujus regula cadere, quasi jus patronatus Ecclesiasticum, tantum dignum trahat ad se laicale minus dignum, & pars clericis trahat ad se partem laicam per totas c. contingit de arbitris, Rota decif. 49. de Concess. præb. in c. 1. nihil minus contrarium est opinio & verior: cum in favorabilibus, potius sit atten-

GLA
RIVNI
TARUN
GLAS
LARI
OLIC
EIPPO KANT FLA
II

attendenda qualitas laicalis, ne laicus propter clericum perdat suum privilegium & ideo tale jus patronatus mixtum, non cadit sub generalibus reservationibus Gemina in c. unico in si. de jure patro. in 6. Felii in c. multorum n. 3. rrsf. & ibi regulariter de Jndais Mand. d. q. 8. n. 6. & in terminis ita decisum esse scribit de Craffis decis. de jure patro. Put. decis. 137. n. 1. l. 3. ut nec sub primariis privilegio Imper. quod ostendo ad Indultum Cælaris Ferd. 2.

Quod tamen intellige inquit Gonz. in gl. 18. n. 15. quando patroni laicis habent majorem, vel saltem æqualem partem vocum in dicto jure patronatus mixto: secus tamen esset si pars vocum patronorum Ecclesiasticorum esset major & potentior, ac præponderaret vocibus laicorum, cum sic per a potentiori fiat denominatio l. queritur de statu hom. Fafon. l. in pr. n. 21. ff. de vocat. oblig. & in terminis Covar. in pract. q. 6. n. 5. post med. & Crescen. decis. 3. Caput. decis. 410. lib. 1.

Intellige rursum, dummodo Jus patronatus competat ex fundatione, collatione, dotatione, vel donatione facta vel ab habente illud ex d. titulis. Nam reliqui patronatus competentes ex præscript. consuetudine, vel privilegio, usurpatione, aut quocumq; alio modo, non prodesse, ad impediendam reservationem hujus regulæ, Nicol. Garcia tr. de benef. part. 5. cap. 1. §. 11. num. 579. qui ita de cetero fuisse in una Seguntina dimidiæ annatæ 26. Novemb. 1599. scribit, & ratio est quia tales patronatus sunt hodie prorsus sublatis per Concilium Trid. sess. 25. c. 9. de Reform. ibi reliqui Patronatus. Præterquam quod tales patronatus etiam ante Concilium Trid. includebantur sub reservationibus. Cassad. decis. 4. num. 5. de probar. & decis. 7. num. 5. de Jure patro. Covar. in pract. quest. c. 36. n. 6. Sed an Jus patronatus Ecclesiasticum certis duntaxat personis debitum, seu certo generi personarum, puta consanguineis tutoris, aut filiis patrimonialibus, sub hac reg. comprehendatur? Negare quidem resolvit Nicol. Garc. de benef. p. 5. c. 1. §. 11. n. 562. sed hoc quo ad Hispanos duntaxat Castellanos, ut notavi infra gl. v. 111. Nec videtur obstat quod contrarium haberet stylus Rotæ qui facit jus, & pro lege habet Sarmon. in proam. Reg. quest. 5. in pr. Zerolain practi part. 1. verbo Rota tribunal. Dicit quia illa derogatur per stylum & observantiam & consuetudinem partium larem Hispaniæ ut dixit Rochus de consuet. sect. 7. n. 12. & seqq. Nihilominus tamen cum affirmativa sententia sit jam per Rotam recepta, ut in Placito Portionis, de anno 1544. apud Put. decis. 164. l. 2. & in una Calagurritana beneficii arcana 29. Junii 1591. coram illust. Seraphino, in illâ etiam inclinatio demerita d. §. n. 563. eò quod per tot Rotæ præjudicia stylus & consuetudo Curiarum introductus ut inquit Pavinus in præb. extravag. vers. decisiones Rota, que facta etiam extrâ Curiam, Mascard. de probat. conclus. 485. num. 11. atque ita videtur etiam illi standum in Hispania in qua contrarium observatur. Nam agitur de interpretatione reservationis, quæ emanat ab ipsa Curia, & attendenda est consuetudo

conferendo loci, unde traxit originem res de qua judicari oportet *Egid. de-
2. a. praterquam quod reservationes habeant vim etiam non recipiantur ut
subicit idem Garcia. Nec obstat, quod non fiat mentio & derogatio obser-
vatae & consuetudinis praterita juxta c. 1. de const. in 6. quia illa non est ullius
considerationis stante interpretatione per singulos Pontifices renovantes re-
rogat omnibus juribus, & statutis, seu consuetudinibus, & tollit omne po-
tatem conferendi, ut cum Jo. de Lignano dicunt Dominic. in cap. fin. §. in pra-
bend. num. 3. & Francus num. 6. Mandos. ad Reg. 4. quest. 7. num. 2.*

Secundo, ex praemissis inferitur quod praebendae temporales, quae nihil spi-⁶
ritualitatis habent cujusmodi sunt praedia, quae conferuntur solvendis salariis
Advocati, Procuratoris, mulicorum, & similibus de quibus glo. in cap. cum M.
de consuet. non comprehendantur sub hac regula, *Gonzales d. glos. 5. num. 25.* quod
secus esset, si praebenda sumatur pro ipso titulo beneficii, ut in tit. de praebend.
et consuet. per ab. quia tum certum est, quod cadet sub reservatoria nostra regu-
la, quae reservat omnia beneficia Ecclesiastica.

Tertio, inferitur quod Vicaria temporalis, & non perpetua quae non datur
in titulum, quales etiam sunt ea quae sunt ad motum amovibiles, quae dantur⁷
in monachis, seu regularibus medicantibus, non veniat nec comprehendatur
sub reservatione hujus regulae, *Hoiada de incompr. benef. part. 1. cap. 15. num. 16.*
gl. in cap. si pauper 30. verbo esset causa mandati de praebend. in 6. Gomef. de expectativis
num. 94. vers. ex quo infero quod nec vicarium temporalem; quod secus est in vicariis⁸
perpetuis, quae dantur in titulum: cum sint verè ecclesiastica beneficia,
quae sub hac regula includuntur cap. G. perpetuis, de fide instrum. cap. postu-
lato de rescriptis, cap. ad hac & ibi Abb. de off. Vicarii, quod tamen limita nisi sint
vicariae perpetuae, de quibus in constitutione Pii v. quae incipit ad exequen-
dam, de data anni 1567. Cal. Novemb. sub num. 46. in bullario, per ea quae
ibi tradit *Gonzales glos. 5. §. 3. num. 59. & seqq.*

Quarto, inferitur Hospitalia non venire sub dispositione hujus regulae: cū
regulariter appellatione beneficii non comprehendantur, *cl. m. quia contingit §. 9*
et nota de relig. domibus. cl. m. per litteras de praebend. Gomef. ad Reg. de Triennali q. 7.
in fine Mandos. ad Reg. 1. Cancellar. quest. 9. num. 2. Mohed. decis. 18. de causa poss. &
propr. etiam si in titulum illa conferuntur, nam cum sint ad nutum amovi-
bilia, non veniunt, nomine beneficii, ad effectum reservationis, Rota decis. 3. de
reg. in antiq. quod secus esset i. si in perpetuum h. e. ad vitam titulari confer-
retur quia tunc cum sint vera beneficia ecclesiastica, nihil obstat quominus
sub hac reservatione comprehendantur, Selva de beneficio 2. part. quest. 11. n. 14
in §. de off. in praxi tit. de devolut. num. 73. & in tract. nominat. q. 15. num. 13. vers. pri-
mo fallit. Gomef. Reg. de Triennali quest. 7. tunc autem conferuntur in titulum per-
petuum, quando in fundatione, ita cautum est, vel quando per electionem
providen-

l

EGIA
ARVNT
PTARUM
STLAS
LARI
OLICA
ET DE KANT PL

providetur, ut disponitur in d. clem. qui contingit §. ut autem. Secundo limitatur
ejusmodi hospitalia essent accessorie unita alicui beneficio ecclesiastico: tunc
caderent sub reservatione hujus Reg. cum natura accessorii sit, ut sequitur
suum principale, Rebuff. in tr. Nominat. q. 15. n. 14.

Quinto inferitur, quod pensio reservata super beneficio, sive à Papa, sive à
Ordinario, non comprehendatur sub hac reg. reservatoria; cum pensio
sit temporale, distinctum, & separatum ab ipso beneficio: Gigas tract. de pen-
sionibus, quest. 28. Crescentius decis. 14. de re jud. Gomes in tract. de expect. num. 91. in fi. & in
pr. & ut esset beneficium, adhuc non posset cadere sub reservatione: cum
pensio pensionarii morte naturali, vel civili extinguatur Flam. Paris. de leg. 2.
benef. lib. 6. quest. 2. n. 113. Gigas de Pensio quest. 1. n. 5. & quest. 54. & 55. 56. & 57.
Quod tamen limita, nisi pensio constitueretur ad particulare alicujus com-
modum super fructibus alicujus Ecclesie, ut deinceps sit beneficium Eccle-
siasticum Abb. per text. in c. conquerente num. 1. not. 1. de cler. non resid. dicens non
dum esse ex illo textu, quod super redditibus unius Ecclesie potest constitui
certum beneficium assignando certam pensionem ex redditibus Ecclesie, &
temporalitate beneficii noviter creati: talis enim pensio esset Ecclesiasticum
beneficium, Gigas de Pensio q. 20. vers. quarto limita & q. 67. n. 1. & q. 59. n. 11. &
Rota dec. 39. de rescript. in antiq.

Sexto inferitur, quod prestimonia non veniant sub dispositione hujus Reg.
de iis dico, quæ non dantur in titulum perpetuum, neque habent annexum
aliquid obsequium spirituale: quod nec sint beneficia Ecclesiastica, nec in-
traht reservatio Hoseda de incom. benef. part. 2. cap. 8. n. 2. & seqq. quod seculum
set, si in titulum perpetuum dentur, & habeant aliquod obsequium spirituale,
quia tunc censentur beneficia ecclesiastica sub reservatione Odrad. de incom. 2.
cap. quod concessus Mandos. ad Reg. de Annali q. 12. n. 3. Menoch. de arb. jud. lib. 2. tit. 2.
201. n. 55. Cassad. decis. 3. in fi. de prebend. atque hujusmodi sunt omnia fere pre-
stimonia Hispanie, in quibus ex consequenti intrat reservatio hujus Re-
gulæ.

Septimo inferitur, quod beneficia manualia non cadunt sub reservatione
hujus regulæ; sive sint secularia, sive regularia glo. in clem. unica verbo reservatio
fi. vers. & ob hanc causam de supplen. neglig. prelat. Calderinus cons. 26. in c. de
reservationibus de prebend. rationem assignans, quia Papa reservando sibi colla-
tionem beneficiorum, videtur intelligere proprie de collatione, quæ fit propo-
situs de beneficio: & postea subdit, quod aut Papa voluit talium beneficiorum
non perpetuorum collationem esse perpetuam, & tunc mutavit naturam bene-
ficiorum manualium, quod Papa facere non intendit, cum non exprimat in
c. 1. dist. 10. & c. quarimoniam de jure patro. aut non intendebat illam naturam muta-
re; & minus intrat reservatio, ex quo esset frustratoria, eo ipso quod post
statim beneficiatus amoveri, Calderinum sequitur Felu in c. per tuam man. de an.

Beneficia & Calderinum de major & obed. En. de Falc. tract. de reserv. in 3. in princip. Et quamvis regula hac exprimat beneficia regula- que regulariter & natura sua sunt manualia, tamen aliquando sunt perpetua. Callad. de iur. 4. n. 3. de prabend. Nicol. Gars. de beneficiis p. 5. c. 1. §. 11. n. 511. Achilles de iur. 9. n. 1. de prabend. Paris. de Resign. benef. lib. 11. quast. 3. nam. 82. & seq. quod procedit, quamvis tale beneficium manuale vacet per obitum: quia tamen sic manuale, nihilominus per obitum vacare dicitur, glo. verbo re- servat. & scias in Clem. unica de supplend. neg. pralat. & ibi Card. & Inno. & Adis- satoris, verbo beneficium manuale, si tamen Papa expressè reservasset, aut distulisset aliquod beneficium manuale, tunc intraret reservatio pro illa, & nullus inferior se intrromittere posset, Achilles d. de iur. 9. n. 9. nam- quibus reservationis, quando constat de voluntate, non est dubitandum, Callad. ad reg. 3. q. 10. n. 3. circa med. plura de his beneficiis manualibus vide apud Gonz. de iur. 5. §. 6. per tot.

16 Oportet inferri, quod beneficia demissa non censentur reservata sub dispo- sitione huius reg. Beneficiū de mensa dicitur quod est perpetuū incorporatū in Episcopali, aut Capitulari, seu Abbat. ita quod nunquā vacat, nec in tali beneficio datur negligentia in provisione gl. verbo de mensa in Clem. 1. de suppl. neg. pralat. in 1. n. 1. & Card. Ideoq; cum non datur vacatio, sequitur quod non co- mpetit datur sub hac reg. loquente de beneficiis vacaturis En. de Falc. de ref. q. 1. & ex consequenti non cadunt sub primariis precibus Imp.

17 Non dicitur inferri, quod quoties beneficia ununtur per viā subjectionis, ita- que una Ecclesia, vel beneficium alteri subijciatur, pro augmento illius dotis & patrimonii: & tunc illa Ecclesia seu beneficium, cui fit unio remanet supe- rior, & principalior, seu principalius; unitum verò beneficium erit subiectum & accessorium, adhaerens & dependens ab illa, seu illo cui unitur, seu incorpora- tum, de quo est text. in c. quia monasterium de relig. domibus & ibi DD. tunc ejusmodi beneficia non comprehenduntur, sub reservatione huius regulae: cum non de- bet beneficium nec vacatio, nec collatio beneficii uniti, Staphil. de lit. grat. tit. de formis mandat. de provid. §. secunda forma. n. 2. vers. duo excludendo, Rebuff. in praxi tit. de un. n. 31. Gomez. de expectativis n. 117. alias de mandato de providendo n. 9. ubi re- servat. quod reservationes expectativarum non capiunt beneficia unita, imò nec amanda vigore gratiae de uniendo, cum primum vacaverit percessum, & ad eadem titulis, Rota de iur. 3. de Res. permitt. in antiq. Felin. in cap. in nostra 27. n. 22. de ref. cap. Staphil. de lit. grat. tit. de formis mandat. de provid. §. secunda forma n. 3. 4. & 5.

18 Limites primo, quod dicitur beneficium unitum non intrare in reservatio- nem, nisi esset unitum alteri beneficio, in quo cadat reservatio: tunc quidem venit in reservationem, non tanquam beneficium de per se, quod non est, sed ut patrimonium & patrimonium alterius beneficii, sub nostra reservatione inclusi

L 1

per

EGLE
MUNIM
MARTIN
SILAS
LARISS
OLICE
EITTE KNO PLO
II

per reg. accessiorū de reg. jur. secus tamen esset, quando unio facta non esset alteri beneficio, sed alicui pio loco, veluti fabricæ hospitali, monasterio, vel similibus: quia tunc ne principaliter, nec accessorie veniret, *Gonzalez d. loco*, §. 7. num. 39.

Limita secundò, nisi beneficium esset unitum alteri beneficio æquè principaliter, & iura utriusque beneficii salva permanent, licet ad invicem communicentur, tunc enim cum beneficium unitum non perdat nomen, nec titulum, nec effectum beneficii, ut si duæ parochiales, vel duæ dignitates uniantur, & una fiat ex duabus, de quo est text. in cap. decimas in fi. 16. quæst. 1. ubi sumitur Papa & c. nulla est ratio cur hoc beneficium, quod remanet ex duobus beneficiis unitis compositum, non comprehendatur sub reservatione huiusmodi idemque esset, si non solum duo, sed plura beneficia unirentur in unum, quæ æquè principaliter uniri possunt c. si postquam 16. q. 1. Marian. Socin. in cap. unire num. 81. de excess. pralat. Hodie tamen inquit *Gonzalez d. loco*, ex decreto Concilii Trident. sess. 14. cap. 9. ne diæceses, & Ecclesiasticus ordo confundatur, & una Ecclesia duarum Diæcesium fiat, prohibentur uniones beneficiorum unius diæcesis, cum beneficiis, monasteriis, collegiis piis, alterius diæcesis; ubi etiam prohibentur omninò uniri Ecclesiæ parochiales, monasteria quibuscumq; aut Abbatibus, seu dignitatibus, sive præbendis Ecclesiæ Cathedralis, vel collegiatae, sive aliis beneficiis simplicibus, hospitalibus, aut militariis, & quæ unitæ erant, revideri mādatur, nec non prohibetur uniri dignitates & Canonicatus, & præbendæ Cathedralium, ac monasteria, ut in d. sess. 24. post pr. & sess. 6. c. 6. sess. 25. c. 9. in fi. Permittit tamen Concil. Trid. uniri beneficia curata, eum aliis curatis, propter eorum paupertatem, & in cæteris casibus iure permittis ut sess. 21. cap. 5. nec non uniri beneficia simplicia, residentiam requirentia Cathedralibus, vel Collegiatis, vel curatis Ecclesiis, ex diæcesibus ut in d. c. 5. sess. 21. & d. c. 13. sess. 24. & 25. ut & seminariis scholarium: ut in d. c. 18. vers. nec non beneficia dummodo tamen jam sint erecta; nam si fierent ante erectionem, non tenerent uniones, ut censuit S. Congregatio Concilii in a. 1609. & resolvit Rota in eadem causa Gienn. Præsimonii 17. Aprilis 1594. coram ill. B. Blanhetto.

Limita tertio, nisi unio sit facta, solum quoad erectionem, & gubernationem ambarum ecclesiarum, non etiam ut bona illarum utriusq; communicentur: quia tum habet locum reservatio huiusmodi Concil. Trid. sess. 22. cap. 1. ubi Episcopus de off. ord. in 6. Unde quando duæ Ecclesiæ similiter uniantur, & eadem administrator bonorum est utriusq; Ecclesiæ, non ideo bona una Ecclesiæ transeunt in dominium alterius Ecclesiæ, per not. Ben. Wald. in tract. de unio. c. 2. num. 14. Ferrer. conf. 242 n. 13. Rota d. decis. 73. num. 3. part. 2. dicitur. Cæterum notandum; unionem censeri, & præsumi factam, accessorie, vel ad invicem, & æquè principaliter, gloss. in elem. 2. verb. Ecclesiæ de præbend. c. ubi

DD & Felii in cap. translatio, num. 6. in si. de constir. Rebuff. in praxi tit. de Unio. n. 19.
Bijula de Incomp. benef. part. 2. cap. 3. num. 5.

Decimo, inferitur regulam hanc reservatoriam non habere locum in com-
menda, siue ea sit temporalis, & ad nutum amovibilis donec Ecclesia provi-
sionem sit de Rectore, ut in casu cap. deinceps 15. de electio. in 6. cum per illam
datur jus ad rem, nec in re, & quodcumque poterit revocari, Rota decis. 1.
de prebend. in antiq. Gomez. de non tollen. jur. quæsto quæst. 4. num. 22. siue sit perpetua
ad favorem personæ, & vitam commendatarii, cum jure percipiendi fructus:
quæ licet ista sit perpetua ad vitam, tamen ad effectum reservationis, beneficiū
proprie non dicitur, sed cessante commenda per obitum commendatarii, tunc
non dicitur beneficium per obitum illius, sed vacat semper, ut prius: ita ut
non sit attendendus mensis in quo obiit commendatarius Cassad. decis. 5. n. 2.
n. 10. & 12. de privilegiis & decis. 2. num. 4. de Unio. Simonetta de reser. q. 59. num. 6.
Mili in reperi. verbo beneficium vacans reservatum, &c. num. 27. Mohed. decis. 4. &
Mof. 9. de prebend. Gomez. in Reg. de Triennali. q. 5. Navar. in manuali c. 25. num. 126.
Mof. & cons. 1. num. 89. de constir. & cons. 28. de prebend.

Undecimo, inferitur nostram regulam locum non habere in Coadjutoria,
siue ea sit simplex, siue cum futura successione ob favorem, & utilitatem Ec-
clesiæ, propter ægritudinem corporis, & animi coadjuti, de qua tot. tit. de cler.
regul. lib. 6. aliasque ob causas, quæ solent attendi, quando contemplatione Ec-
clesiæ Coadjutor datur, de quibus plene Gonzalez hic glo. 5. §. 9. n. 25. & seq.
cum talis coadjutoria obtinens non dicatur beneficiatus, sed beneficiarii co-
adjutor: ideoque talis coadjutoria, non vacat, aut vacare potest in aliquo ex
mentibus nostræ reg. sed cessat, & exstinguitur, cessante viâ vel impedi-
mento coadjuti, c. grandis in si. de supplenda negl. pralat. siue etiam sit perpetua Coadju-
toria, cum futura successione, cum non sit quoq; beneficium Ecclesiasticum,
ut tradit Greg. Tholo sanus in instir. rei benef. c. 11. num. 2. & sic non potest indu-
cere incompatibilitatem, uti fuisse resolutum in Rota scribit idem Gonzalez
Lico num. 64. subdens rationem, quod talis Coadjutor non tenetur ad præci-
sam residentiam, cum beneficium non habeat, sed solum tenetur ad causati-
vam, quæ tantum inducit privationem fructuum non tituli Pnt. decis. 226. n. 3. l. 3.
Peculiariter materiam Coadjutoria concernentem vide apud Jo. And. in c. fin. de cler.
n. 10. ubi facit utile compendium divilum in xi. quæstiones, quæ etiam
reassumunt Jo. And. Anto. de But. & Inno. & postea aliquot recentiores.

Duodecimo inferitur, quod officia Ecclesiastica, quæ in titulum non dā-
tur, veluti est officium custodis, Cellarii, Protonotariorum, & alia officia,
de quibus Gomez. ad Reg. de infirmis quæst. 22. Mandos. ad Reg. 21. quæst. 7. & ad reg.
21. quæst. 2. non cadunt sub reservationem hujus Regula: quod fecerit in iis
officiis, quæ revera sunt beneficia Ecclesiastica, veluti sunt Thesauraria, Sacri-
stia, Primatus, Archipresbyteratus, Præpositura, & similia, de quibus diverfi
sunt

EGIA
ARVIM
ITARIA
ETLAS
LARI
OLICA

sunt in iure canonico tituli, quia istiusmodi officia sub reservatione huius reg. comprehenduntur, cum in nihilo distent à beneficiis Ecclesiasticis c. 1. cum vero de concess. Præb. glo. in clem. 1. verbo officii de desimis, Rebuff. in praxi tit. speciale beneficium quotuplex, n. 6.

ARGUMENTA IN GLOS. II.

- 1. **R**equisita ut beneficiorum curatum dicatur.
- 2. In dubio præsumitur potius beneficium simplex, quam curatum.
- 3. Beneficium curatum differt ab Ecclesia parochiali, & in quo.
- 4. Per actum baptizandi, non arguitur cura animarum.
- 5. Cura animarum non inferitur ex iure sepeliendi, nec ex iure decimarum.
- 6. Beneficium curatum non facit potestas forti contentiosi.
- 7. Quando Ecclesia collegiata habet curam animarum, talis cura non pertinet ad singulos Canonicos, sed ad totum Collegium.
- 8. Beneficium curatum non dicitur, quando non habet curam perpetuam.
- 9. Curatum beneficium non dicitur Prioratus per Vicarium perpetuum deserviri solitus.
- 10. Curata beneficia vacantia per obitum in mensibus Apostolicis sunt reservata, juxta dispositionem huius regulæ.
- 11. Curata beneficia provideri debent per concursum, etiam si sine reservata ratione mensis vel alias, etiam si vacant in curia.
- 12. Concursus ad parochiales vacantes in mensibus reservatis potest mitti in multis casibus ibi remissive.

GLOSSA II.

Cum cura & sine cura. Quoniam aperte sub dispositione huius Regulæ includuntur beneficia cum Cura, videndum est obiter, quæ sint illa, & quæ concurrere debeant, ut sit curatum beneficium. Primum requiritur, ut habeat potestatem ligandi, & solvendi in foro penitentiali, quæ non cadit, nisi in sacerdotem c. in novo 21. dist. glo. in clem. dudum, verbo impediunt ibi, Inno. & Ambros. Abbas in c. dudum 2. num. 7. de electio. Secundò requiritur, ut sit certa parochia vel locus certis finibus, & limitibus constitutus, ac designatus, in quo populus alicui Ecclesiæ deputatus degit c. Ecclesias 14. q. 1. in pr. Concil. Trid. sess. 24. de Reform. c. 13. ibi, ubi parochiales, &c. Tertio requiritur, ut illius possessor exerceat curam nomine suo, & non alieno, cap. expiranda §. qui vero, de præb. Rebuff. in praxi tit. de non promot. infra annu n. 36. nisi sit principalis dignitas in Collegiata, Milis in repertorio, verbo beneficium n. 22. Quarto requiritur, ut solus sit nomine

nomine regat, non cum duobus aliis, vel pluribus: quia ut unum corpus, duo capiva habere non potest, nisi monstrum sit, sic nec Ecclesia duos, vel plures Curatos cum non ignores de prebend. cap. in apibus quest. 1. cap. sicut una 22. quest. 2. Oldrad. cons. 67. incip. *Quaestio talis est n. 1. Mascard. de probat. concl. 469. incip. curam animarum.* In dubio autem praesumitur potius beneficium simplex quam curatum, & alleganti incumbit onus probandi hanc qualitatem, *Bellam. decis. 676. si impetrans, Staphil. de lit. grat. tit. de Qualit. & statu benef. §. ut sciri possit num. 2.* Interest tamen inter beneficium curatum, & Ecclesiam parochialem, quia potest esse beneficium curatum, absq; eo quod sit Ecclesia parochialis, ut si sit aliqua Ecclesia ruralis, & ad eam de novo adveniant homines ad inhabitandum licet dici possit Ecclesia curata, non dicitur tamen Ecclesia parochialis, si non habet certum territorium, ut post Jo. And. & alios in c. super eo de prob. in 6. *Rebuff. in Concord. tit. de Collation. §. statim in verbo parochiales,* & propterea melius est exprimere, quod sit beneficium curatum, *Hojeda de incomp. benef. p. 1. §. 11. n. 2. post med.*

Ex his inferitur primò, quod etiam si deficeret fons baptismalis, non propterea desinit esse Ecclesia parochialis: quia per actum baptizandi non inferitur cura animarum, *Mascard. d. de probat. conclus. 469 num. 9. Hojeda de incomp. benef. §. 11. n. 8.*

Secundò inferitur, idem dicendum quoad sepulturam seu actum sepeliendi *Hoffen in summa de sepult. §. 2. & 3. Hojeda ubi supra, num. 10. Mascard. dicto loco num. 10.*

Tertiò, Idem quoq; dicendum, si Ecclesia non percipiat decimas: quia non eo inferitur, non esse parochialem, nec e contra, *Mascard. concl. 589 n. 6. Rom. Consil. 356. n. 3. & 4.*

Quartò inferitur, quod potestas fori contentiosi, v. g. quod quis habeat jurisdictionem in spiritualibus in foro exteriori, prout est suspendere, excommunicare, absolvere, visitare, & alia ejusmodi, quae ad correctionem morum pertinent, non facit propriè beneficium curatum, *Inn. in c. dudum 2. n. 11. v. nam nudo ubi Abb. n. 7. in fi. de electio.*

Quintò inferitur, quod quando Ecclesia Collegiata habet curam animarum, tunc cura non pertinet ad singulos Canonicos illius, sed ad totum Collegium, 7 tantum personam Rectoris representans *Oldrad. cons. 67. n. 1. in fine Cassad. decis. 11. de prob.* In Hispania autem & Italia tales sunt plures Collegiatae & parochiales Ecclesiae quae reguntur per omnes de Collegio hebdomadatim.

Sextò inferitur, quod beneficium curatum, non dicitur, quando non habet curam perpetuam, sed tantum ad certum tempus *Hojeda de incomp. benef. d. c. 13. par. 1. num. 52.*

Septimò, curatum beneficium non dicitur Prioratus per Vicarium perpetuum deleviri solitus: quia solus Vicarius perpetuus habet curam, non etiam Prior,

EGLE
VRIVNT
HEARUM
STLAS
LARI
OLICE
EPPIC

Prior, *Probus* in addit. ad *Monach.* in cap. super eo num. 6. num. 77. de *prebend.* & *Hojedam d. locis*, beneficia non dicuntur curata, & propterea non indunduntur sub reservatione hujus nostrae regulae.

Istis casibus cessantibus, beneficia curata vacantia per obitum in dictis casibus Apostolicis, erunt reservata, etiamsi vacent in curia, *Flam. Paris. de Reg. ben. lib. 8. quest. 7. n. 22.* ita tamen, quod illorum provisio fiat per concurren- ut disponit Concilium Trid. sess. 24. de *reform. cap. 18. post pr. ibi: etiamsi in pa- rochialis Ecclesia reservata, vel affecta fuit generaliter, vel specialiter, &c.* & in sua con- stitutione Pius v. quae incipit in conferendis de data 15. Kal. April. annis. Ideoque in tali eventu Episcopus habita notitia vacationis, proponit con- stum pro concursu, & mittit approbationem factam ab examinatore in Sinopo de puratis, & à Sede Apostolica confertur approbatio, ut colligitur ex dicta Const. Pii v. atque ita fuit sapius decisum in congregatione Con- Trid. teste Gonzalez *hic glo. 6. n. 13.* Sunt tamen multi casus, in quibus Pius solet providere de Parochialibus per obitum, ut dictum est, vacantibus absque concursu, praevidentur examine, ad curam animarum, quae brevitatis causa, & si alioqui sint lectu dignissimi, praetermitto; sufficit Lectorem remississe ad eundem Gonzalez *d. glo. 6. num. 115. usq. ad num. 160.*

ARGUMENTA IN GLOS. III.

- | | |
|---|--|
| 1. Beneficia omnia praesumuntur secularia, nisi probentur regularia. | 5. Sub hac Reg. comprehenduntur Prioratus S. Augustini, Dominici & similes. |
| 2. Haec reg. reservat non solum secularia beneficia, sed etiam regularia quorumvis ordinum. | 6. An sub hac regul. comprehendantur beneficia regularia ordinum militiarum, |
| 3. Beneficia regularia quae dicuntur? | |
| 4. Sub generali reservatione, non com- | |

GLOSSA III.

C Secularia & quorumvis ordinum regularia) Secularia praesumuntur omnia beneficia nisi regularia probentur, *Rota decis. 2. num. 2. de prebend. in No. Militis in verbo beneficia omnia sunt secularia Rebuff. in praxi. quaeque in re-*

regium, num. 4. Hojeda de incomp. benef. in presat. num. 6. Mascard. de probat. conc. 177. n. 1. Porro non solum reservat hæc regula beneficia secularia, sed etiam 2
 regularia quorumvis ordinum: quia nimirum, in generali reservatione bene-
 ficiarum non censentur reservata beneficia regularia, nisi specialiter expri- 3
 mantur, Gaspar de Perusio de Reser. q. 4. n. 29. Flam. Paris. de Resig. benef. lib. 11. q. 3. n. 82.
 Dicuntur autem Regularia beneficia, de quibus in fundatione dictum fuit, 4
 ut per religiosos regerentur Jo. Selva de beneficio part. 1. quest. 4. num. 24. Per.
 Holofan. in insit. rei benef. cap. 10. num. 12. Alphon. Hojeda de incomp. benef. part. 1. c.
 2. n. 92. vel illa quæ per 40. an. consueta sunt regi, per viros regulares sext. in
 cum de beneficio. de prebend. in 6. Rota decis. 2. num. 2. de prebend. in No. Adco
 quod per lapsum dicti temporis, beneficium seculare mutet statum, & effici-
 tur regulare, dummodo tamen adsit bona fides, & is qui possidet beneficium
 nunquam regulare, habet titulum institutionis uti de tali beneficio regulari,
 Equin. cum de beneficio n. 1. de prebend. in 6. & ibi Gemina. num. 6. Felii in cap. in no-
 fra n. 41. vers. 2. nota diligenter de rescript. ubi dicit quod saltem in illo, qui
 incepte possidere beneficium tamquam regulare, requiritur dictus titulus,
 ac postea per alios potest continuari talis possessio, adde Hojedam d. cap. 24.
 num. 92.

Porro notandum, quod etiam si hæc reg. comprehendat regularia benefi-
 cia quorumvis ordinum, non tamen venient, aut comprehenduntur prioratus
 Religionum S. Augustini, & S. Dominici, & alii similes, quia perpetui non 5
 sunt, prout requiritur ut dicantur Ecclesiastica beneficia, nec etiam dicti
 fratres mendicantes possunt habere beneficia Ecclesiastica, ut tradit noster
 Alphonus ad Reg. 8. Cancell. vers. ex quo sequitur. An autem comprehendet be- 6
 neficia regularia ordinum militiarum, consule Gonzalem in glo. 8. n. 52. &
 Reg.

ARGUMENTA IN GLOS. IV.

- 1. In generali dispositione non veni-
unt beneficia qualificata.
- 2. Reg. beneficia includantur sub dis-
positione hujus Reg.
- 3. Beneficia patrimonialia, an com-
prehendantur sub dispositione hu-
jus regulæ.
- 4. Beneficia monocularia, sub hac re-
gula comprehenduntur, & quæ
dicantur beneficia monocularia.
- 5. Beneficia monocularia Papa in suis

- mensibus confert: modo tamen
mentio fiat monocularitatis.
- 6. Dignitates majores, & minores sub
hac reg. includuntur.
- 7. Canonicatus Doctorales, & Magi-
strales, qui per concursum confe-
runtur, sub hac reg. non compre-
henduntur.
- 8. Beneficia consistentia in Ecclesia,
non numerata, an sub hac reg. cõ-
prehendantur.

M 9. Quid

EGLIA
 VIVINT
 MARTIN
 VILAS
 LARLES
 OLICE
 EPTIC MARE VLU

9. Quid in beneficiis noviter erectis?
10. Gratia, seu reservatio facta ad fa-
vorem certæ personæ, de bene-

ficio vacaturo, non se extendit ad
beneficium post datam gratia
creatum.

GLOSSA IV.

P Valitercumque qualificata) Hæc verba fuerunt addita, inquit Gonzales hic, glossa 9. Imprimis, ut removeretur omnis scrupulus, an sub generali reservatione beneficiorum, venirent beneficia qualificata: nam generali dispositione beneficiorum, qualificata beneficia sæpe non includuntur, text. in 1. licet canon. 14. juncto c. statutum de Electionibus in 6. Secundò, ut, postquam jam expresserat Reg. nonnullas qualitates in specie, videlicet omnia beneficia, cum cura, & sine cura, item secularia, & regularia, demum universaliori locutione comprehenderentur omnia genera, omnesque qualitates beneficiorum, & sic includuntur omnia beneficia, (exceptis iis, de quibus supra in glo. verbi omnia beneficia) cujuscumque generis, & qualitatibus fuerint, ubicumque sita fuerint, ut hic in verbo, ubicumque existentia, nimirum, si fuerint in Ecclesiis Patriarchalibus, Metropolitanis, seu Cathedralibus, & Collegiatis, si fuerint beneficia diversarum Provinciarum unita, siue etiam fuerint beneficia patrimonialia, quæ nimirum conferri debent natis, & oriundis illius patriæ, vel civitatis in qua consistunt, vel certo generi personarum hoc est ipsi filiiis naturalibus, & patrimonialibus, teste Puteo, decis. 164. n. 1. & 2. l. i. Flam. Paris. de resig. benef. l. 2. q. 2. n. 16. nisi tamen in Indulto, seu privilegio concessio super beneficiorum patrimonialium provisione adsint tales clausulæ quæ vincant & superent reservationem hujus reg. & verisimile sit Popam nolle comprehendere tale Indultum sub regula, ut Indulto CLEMENTIS VIII. super beneficiis patrimonialibus Diocesis Calagurritanæ ut notat Gonzalez glo. 9. §. 1. n. 72. & seq. qui scribit nō intrare reservationem hujus reg. quoad beneficia patrimonialia Diocesis Calagurritanæ, stante dicto indulto concessio super modo & forma providendi de dictis beneficiis sub die 28. Aprilis 1596. cujus clausulam ponit, nempe quod non comprehendantur sub aliquibus derogationibus, reservationibus, & regulis Cancell. sub quibusvis clausulis, & decretis etiã derogatoriis nec derogari possint, nec censentur, nisi de Episcopi, & Clerici Calagurritanæ & Calciaten. & hominum dictarum Diocesis consensus, & alias derogatio ipsa nulla sit: quæ clausula potentissima est, & nunquam intelligitur sublata deficiente dicto consensu Rota decis. 137. n. 3. part. 1. divers. & decis. 304. part. 2. divers. Gonzalez d. 100. num. 73.

Sed quid in monoculæ beneficio? sub hac reg. illud comprehendit plerique sententiam 4

sentiant & rectè: idq; propter verbum (*qualitercumq;*) quod est generalissimum: diciturq; beneficium monoculare, quoties in una Ecclesia unum duntaxat est beneficium, vel quoties collatori competit unius tantum beneficium collatio, & utrobique casu ejusmodi beneficia, tam Papam, quàm illius Nuntium conferre existimo in suis mensibus, tū per hanc reg. vii. tū per Concordata nationis Germanicæ, ut præter eundem Gonzalem d. gl. §. 4. n. 15. aperte additavit D. Wamelius tom. 1. Consil. 42. n. 6. & seqq. & novissimè Nicolaus Garcia *tratt. de benef. part. 5. c. 1. n. 519.* quod tamen singulariter limita, dummodo in impetratione facta fuerit mentio monocularitatis, alias, si hoc non exprimitur in gratia, non comprehendet beneficium monoculum, *Felii in c. in nostra n. 23. de rescript.* atq; ego secundum istorum opinionem datus Reservatarius per R. D. Egidium de Glen Officialem Leodien. meritissimum, judicari nuper in una Thurinen. Capellania pro D. Quirino Bistain pro viso auctoritate Nuntii Colon. de beneficio monoculo, contra D. Guilielmum le Vovè Pastorem Ecclesiæ parochialis Thurinen. qui prætendebat se in possessione conferendi beneficium monoc. in sua Ecclesia sitū & hæc beneficia monoco. nō cadere sub primariis precibus Cæsaris ostendo ad Indultū Ferd. 12. Imp. Adverte tamen, quod non dicitur benef. monoculum, si quis habeat beneficium unius collationē tantū & in alio præsentationem; vel si quis haberet collationē in uno solus & cum aliis collationē in pluribus, quia tum non esset monocularis collator, ut post Felii in d. c. in nostra n. 23. v. *de clara illud, respōdit D. Wameli. d. consil. 42. n. 7. Rot. dec. 241. in antiq. Menoch. de arbit. jud. l. 2. cas. 101. n. 69.*

Deniq; comprehenduntur sub hac reg. omnes dignitates majores & minores cujuscumq; qualitatis, maximè stante dicta dictione *qualitercumq;* quæ est universalis, & generalissima, & cōprehendit etiam in materia odiosa magis expressis *c. solite vers. quodcumq; ligaveris, & ibi Abb. not. ult. de major. & obed. Fel. in d. quarta n. 15. de rescript. Crescent. decis. 1. de privileg.* Non tamen comprehenduntur sub reservatione dictæ nostræ regula Canonici Doctorales & Magistralis, qui præsertim in Hispania sunt conferendi per concursum uni Doctori, seu Licenciato in Jure, vel in Theologia, ut multis rationibus, rejecta contraria opinione probat Gonzales d. gl. §. 2. n. 63. qui quoq; in §. seq. docet beneficia consistentia in Ecclesia non numerata, ubi scilicet non adest certus numerus Canoniorum, seu aliorum beneficiorum, sed secundum augmentum, vel decrementum fructuum beneficiati crescunt vel decrescunt, ut in *c. dedito 15. vers. præterea de præbend. & ibi inno. Ant. de bul. Abb. & alii non includi sub hac regula reservatoria.*

Sed an cōprehendet beneficia noviter erecta, post datā reservationis, dubitationem movet, quod reservatio nō capiat beneficia creata & erecta, post datam

M 1

datam

datam reservationis, ut tenuit Rota decis. 32. n. 7. de prebend. in Antiq. & hinc
 neta in tract. de reservat. quest. 12. Contrarium tamen dicendum est; tum quia
 regula nostra sit generalis, quæ semper reservat, semperque loquitur, tum
 C. de haret. Caputaquen. decis. 220. n. fin. part. 1. Ideoque non potest confideri
 creatio nova beneficii, post ipsam reservationem: quia tam ante creationem
 quam post, regula nostra semper reservat. En. de Falcon. de refer. quest. 1. prin-
 pali num. 8. tum quia quando reservatio est generalis, & favorabilis, non
 est specialis, nec pro certa persona, ut in casu præsentis, reservatio capite-
 neficia postea erecta, ut firmat Lopus in c. propter tua num. 4. vers. sed contra
 de rescript. in 6. En. de Falcon. d. quest. 3. n. 3. per tot. Mandos. in reg. 3. Cancellaria
 vers. contraria opinio verior est: faciunt not. Menochii lib. 4. de presump. 127. n. 11.
 Nec obstat quod in contrarium adductum est: quia illud procedit in reser-
 vationibus specialibus, pro certis personis, juxta terminos clem. finaliter
 rescriptis, ubi gratia seu reservatio facta ad favorem certæ personæ de be-
 neficio vacaturo, non se extendit ad beneficium post datam gratiæ creatum.
 An autem hoc obtineat in primariis præcibus, scribo ad indulgentium pro-
 cum, quod commentariis illustratum, opus est istud, Deo juvante, pro-
 curret.

ARGUMENTA IN GLOS. V.

- | | |
|--|---|
| 1. R egula hæc, ut alia, expirat mor-
te Papæ. | Sedis Apostolicæ non expirat
morte Papæ. |
| 2. Reservationes factæ dispositioni | |

GLOSSA V.

Usque ad sua voluntatis beneplacitum) Atque ita regula hæc perpetua
 est, sed expirat & extinguitur morte Papæ illius Conditoris text. in
 cap. si gratiose 5. de rescript. in 6. ubi glo. Jo. And. text. cum glo. in clem. 1. ubi
 de probat. Cassad. decis. 3. num. 1. & 2. de Constit. Mandos. in reg. 1. Cancell. quest. 1. e
 quest. 10. num. 15. Gabriel. lib. 6. commun. opinio tit. de prebend. conclus. 1. num. 20.
 Qui omnes distinguunt, quod aut reservatio facta est dispositioni Papæ, &
 tunc expirat morte illius, quia cum jam non sit in rerum natura, ergo non
 habere potest beneplacitum, nec dispositionem, text. in c. unico 5. fin. ubi glo. de
 Episcopo, &c. Ne sede vacante in 6. Monach. de arb. cont. 5. cas. 498. num. 3. & in 4. de
 presump. presump. 40. Hippolitus Rib. de probat. num. 51. Aut reservatio facta est
 dispositioni Sedis Apostolicæ & tunc non extinguitur per mortem Papæ, tum
 Sedis

Sedes Apostolica nunquam deficit text. in d. c. si gratiose ibi secus autem, &c. ubi
Probus n. 2. Menoch. d. lib. 4. presumptio. 121. num. 3. plura hac de re legat qui vo-
let ad nauleam apud Gonzalem glo. per totum. & consulat ea quæ supra scripsi
in Proem. num. 20. & seqq. quæ lucem dabunt huic Glossemati.

ARGUMENTA IN GLOS. VI.

- Beneficia vacantia in curia nõ ca-
dunt sub reservatione hujus reg.
- Papa confert beneficia Urbis jure
proprio seu ordinario.
- Cardinales in Urbe residentes, con-
ferunt beneficia Ecclesiarum titu-
larium: ideoque in illis reservatio
non cadit.
- Beneficium quando dicatur vaca-
re in curia.
- Aliud est beneficium vacare apud
Sedem, aliud in curia.
- Beneficia vacantia apud Sedem
sunt Papæ reservata, conferri ta-
men debent intra mensem à die
vacationis; quod intellige de be-
neficiis vacantibus apud Sedem
seu in curia.
- Quæ beneficia dicantur vacare in
curia.
- Curia Rom. ibi est ubi Papa.
- Optio Canonica non habet locum
in beneficiis vacantibus in Curia
seu a pud Sedem.

GLOSSA VI.

Extra Regm. Curiam Nam beneficia in curia consistentia, ibidemq; vacan-
tia, non cadunt sub reservatione, aut saltem improprie dicuntur refer-
vata Papæ, cum jure communi illorum collatio spectet ad illum, uti Episco-
pum Romanum cap. si quis Episcopus ibi dignetur Episcopus quest. 16. Gemes. ad reg. de
Amalg. 3. num. 18. dicens solum Papam conferre beneficia Urbis jure proprio
& ordinario in quocumq; mense vacent. Quod fallit primò, nisi Papa infra
mensum de eis non providerit, nam elapso mense à die vacationis numeran-
dum collatum devolvitur collatio ad Episcopum Statutum de prabend. in 6. Zerola
in præf. episcopi verbo beneficia §. ad tertium vers. dico quarto. Fallit secundo nisi sub-
stantialis cardinalium (quibus quando sunt in Urbe presentes competit jus
conferendi beneficia Ecclesiarum titularium e. his qua ibi q. ibi Felin. 1. de major.
& vel. Mandos. ad reg. 7. quest. 2. per tot.) ideoque in illis reservatio non cadit,
uti etiam scribit noster Alphonsus ad reg. 7. sub finem, vers. & ex ista regula sequi-
tur ideoque non erit necesse in gratiis facere mentionem de Reservatione
nostra regulæ nec exprimere mensem vacationis ut in illa statuitur, ut rectè
notat Gonzalez in glo. 13. n. 90. Neq; obstat reg. 7. Cancell. per quam Papa si-
bi reservat Canonatus, &c. S. Joannis Lateranensis & S. Petri, & B. Mariæ
majoris de Urbe: quia reservavit ad majorem cautelam, ac Archipræsbyteri
d. i. ca.

M 3

SCOLA
VRIVM
MARIA
STLAS
LARLES
OLICE
EPISCOPUS

dictarum trium Ecclesiarum qui sunt Cardinales (quamvis non situlato eorum) praeponderent quod possent disponere de istis beneficiis, & abundantia cautela non nocet, atq; ita post Alphonsum ad d. reg. 7. in pr. sentit Gomez ad reg. de Triennali q. 31. n. 16. vers. tamen videtur, & Mandol. ad reg. 7. q. 1. ubi quod haec re scripsi infra.

Notandum tamen beneficium nisi vacare in Curia quando vacat apud sedem Apostolicam, ut statuitur in c. 2. de praeb. in 6. quamvis in terminis dicti reg. aliud sit vacare apud sedem Apostolicam, & aliud vacare in Curia: Nam apud sedem proprie vacare dicuntur tantum beneficia reservata per c. 2. de praeb. in 6. reliqua vero beneficia vacantia in Urbe & reservata ex aliis causis quam reservationis d. c. 2. quamvis dicantur vacare in Curia, non tamen vacant apud sedem Apostolicam: ideoq; quae vacant apud sedem, dicuntur vacare in Curia: & non e converso, beneficia quae vacant in Curia, dicuntur apud sedem vacare: nam minus est vacare in Curia, quam vacare apud sedem, ita pulchre & distincte ex Gomez ad reg. de Triennali q. 31. sub pr. scribit Gonzalez lib. 49. & ante eum Covar. pract. q. c. 36. n. 4.

Ex his resultat primus modus vacationis in Curia, nimirum cum beneficia vacant apud sedem, hoc est per obitum contingentem in Curia, quo casu suat Pontifici reservata ut not. in d. c. 2. ad cuius textus declarationem eminarunt etiam text. in c. statutum & c. praesenti 34. & c. si Apostolica 35. ad tit. de praeb. in 6. & extragans ad Regimen de praeb. qui textus plures continent vacationis modos in Curia, ideoq; videntur, & attendendi; ut & Covar. d. c. 36. n. 4. in fin. Si tamen per Papam non conferantur intra mensem a die vacationis & non scientiae numerandum, Ordinarii poterunt conferre ut dixi ex c. statutum de praeb. in 6. ibi gl. & DD. qui text. loquitur & habet locum tantum in reservatis propter vacationem in Curia per d. c. 2. & c. praesenti. In ceteris autem nullum tempus est Papae praefixum ad conferendum Franc. in d. c. statutum lib. Granatius ad Simonetam q. 47. n. 14. Mandos. 90. n. 5. Sed hodie decisio d. c. statutum quae est Gregorii x. est correctae & revocata in Extravag. Pie 1. de Praeb. quae est BONIFACII VIII. & sic posterior, gloss. ibid. & Rota decis. 12. num. 1. de praeb. in Nor. licet pleriq; DD. dubitent propter datam lib. 1. quae est posterior d. Extravag. teste Zerola in praxi Episcop. parte 1. verbo Beneficium §. 3. d. 4. qui ait quod stante hac dubitatione doctorum, Ordinarius providebit.

Secundo dicuntur vacare in Curia omnia beneficia in Urbe constituta, quae improprie dicuntur reservata ut praediximus.

Tercio dicuntur in Curia vacare beneficia quae resignantur seu renunciantur in manibus Papae per Procuratores absentium gloss. not. in Clem. 1. verbo vacatio ut livependente Flam. Paris. de resign. benef. l. 9. c. 14. num. 1. cum seqq. Rota decis. 4. de praeb. in antiq. Alex. Moneta 17. de Op. Canonica l. 3. n. 37.

Quarto vacare in Curia dicuntur beneficia illorū qui præsentēs vel ab-
sentes per contumaciam fuerunt ex aliquo defectu privati *Rota decis. 35. de præb.*
in c. 29. Mandos. in reg. 23. q. 8. n. 13. & seqq.

Quinto omnia beneficia reservata per extravagante ad regimen de præb.
& extravag. execrabilis d. tit. quæ extravagantes renovantur per PP. in reg. 1.
Cancellariæ, *Simonetta de refer. q. 30. n. 3.*

Sexto omnia beneficia affecta seu reservata dicuntur vacare in Curia, *Rota*
dec. 17. de præbend. in Antiq. An. de Falcon. de reservat. quest. 4. principali effectu 1.
n. 1.

De qua autē vacatione in Curia loquatur regula nostra quæ excipit bene-
ficia vacantia in Curia, satis elicitur ex iis quæ initio hujus glossæ diximus.
Porro Curia Romana ibi dicitur esse ubi est Papa, non etiā ubi est Conciliū,
vel Audientia Papæ *Im. in c. ergo. N. ante si. de jurejur. & Abb. ibid. n. 6. & Felii n. 9.*
Mand. ad reg. 5. q. 2. n. 1. quod & supra probat noster Glossographus Reg. 5. n. 3.
Verum ego cum Nicol. Garcia ibi Curiam Rom. esse dico, ubi Papa est cum
Cancellaria & suis tribunalibus, & in his vacantibus in Curia, non cadit
contumacia optandi ut ostendit Jo. Petrus Monetta tract. de Optione Ca-
nonica q. 3. n. 13.

ARGUMENTA IN GLOS. VII.

Hæc reg. reservat quascumq; vaca-
tiones exceptis vacationibus in Cu-
ria, & vacat. per resignationem.

Ordinarius confert in suis mē sibus

benef. quocumq; modo vacatura.
De qua resignat. hæc reg. loquatur,
intelligitur de simplicibus, an etiam de ea
quæ in favorem?

Resignationes in favore coram E-
piscopo sunt simoniae.

Episcopi & Ordinarii locorum in
certis casibus admittunt resign. in
favorem, ex Constit. Pii v.

Resignationes ex causa permuta-
tionis, an excipiantur quoq; ab hac
Regula?

Reservatio est juris comunis cor-
porationis & propterea restringenda.

8. Vacatio alia de jure, alia de facto, &
quæ singula?

9. Vacatio de jure, & de facto sub hac
reg. includitur.

10. Verba cujuslibet dispositionis in-
telligenda sunt in potiori significato.

11. Hæc reg. includit etiam vacationē
de solo facto.

12. Beneficia reservata Papæ non pos-
sunt in Germania per Ordinarios
conferri vigore Concordatorū vacā-
tia in illorum mensibus.

13. Recensentur modi vacationum
ipso jure.

14. Incompatibilitas beneficiorum sim-
plicium quando inducatur.

15. Incompatibilitas beneficiorum
simplicium consideratur.

16. Bene-

- | | |
|--|---|
| 16. Beneficia vacantia ex causa incompatibilitatis sunt reservata. | Papae dispensatio. |
| 17. Reservatio ob affectuionem alterius incompatibilis extensa est per Paulum v. etiam ad vacatura ante resignat. seu admissa. | 19. Clausulae quae solent apponi in dispensatione ad incompatibilitatem. |
| 18. Cessat incompatibilitatis ubi ad est | 20. per narrativam seu expressionem beneficiorum ante obtentionem non inducitur dispensatio ad generalitatem. |

1. Per affectuionem alterius incompatibilis.
2. Per contractum matrimonii.
3. Per non promotionem ejus qui intra annum affectus est in ecclesiam parochialem.
4. Per ingressum religionis.
5. Per translationem Praelati ad aliam Ecclesiam.
6. Per silentium electi, qui tempore sibi praestituto non contulit electioni.
7. Si electus intra tres menses post praestitum consensum non petierit confirmationem & quid de eo in patria Leodica.
8. Per administrationem electi ante confirmationem.
9. Per promotionem ad Episcopatum.
10. Per militiam secularem.
11. Per electionis cassationem, & suat ista Papae reservata per Concordata Germaniae.
12. Per postulationem, repulsionem, &c.
13. Per violentam ingressuionem in possessionem beneficij.
14. Per violatiionem sequestri.
15. Per non ostensionem tituli petiti ab ordinario.
16. Per alienationem rerum Ecclesiae facta sine solemnitate.
17. Si habetur beneficium pro derelicto.
18. Propter crimen haeresis, & quid in Germania, an Ordinarii suis mensibus ista beneficia conferre possint?
19. Vacant etiam ipso jure beneficia obtenta per preces haereticorum, & eorum qui haereticis adherent.
20. Per crimen realis Simoniae.
21. Per crimen laesae Majestatis.
22. Per crimen falsitatis litterarum Apostol.
23. Vacant beneficia percipientis Cardinalem.
24. Item occidentis vel percipientis Episcopum.
25. Item in Affasino.
26. Item occidentis Rectorem suae Ecclesiae.
27. Incarcerantis Clericum donec resignaverit.
28. Propter crimen Sodomiae.

*Vacant
ipso jure
beneficia.*

29. Quando resignans non supervixit viginti dies.
 30. Ob non factam publicationem resignationis, & quid in Germania.
 31. Ob non servatam formam concursus in conferendis parochialibus.
 32. Item beneficia illorum qui pro obtinendis benef. se ipsos pro aliis examini supponunt, vel pensiones offerunt, aut beneficia impetrant pro aliis ut ab iis aliquid consequantur, vel accipiunt beneficia cum animo illa dimittendi.
 33. Per obitum Papæ Collatoris quando fuit collatum ad beneplacitum illius.
 34. Idem si fuerit collatum ad certum tempus.
 35. Per depositionem & privationem.
 36. Per apprehensionem possessionis ante expeditionem litterarum.
 37. Retinentis indebitè scripturas ad Cameram Apost. spectantes.
 38. Offendentium litigantes in Romana Curia.
 39. Per confidentiam.

11. Pleraq; crimina sunt quæ non inducunt privationem sui iuris, ut perjurium, homicidium, adulterium, blasphemia.
 12. Perjurium debet esse iudiciale ut cadat privatio.
 13. Effectus vacationis de jure plures

recensentur.

24. Cum quis privatur beneficio ipso jure, statim quidem illud conferri potest, non tamen collatio exequi potest & realis possessio tradi, nisi prius vocato possessore, & causa cognita.

GLOSSA VII.

Quomodo modo vacatura) Et sic Regula hæc reservat quascumq; vacationes, exceptis vacationibus in Curia, ut ante dictum est, & vacationibus per resignationem ut hic dicitur, & idem adstruitur decis. 575. Rot. n. 3. & a. deis. 700. in fin. p. 3. divers. Et quemadmodum reservantur beneficia quocumq; modo vacatura in mensibus Apost. sic etiam Ordinarius potest illa conferre quocumq; modo vacent in suis quatuor mensibus alternatis, ² Non in fin. 18. incip. an beneficium de prob. adhibita tamen distinctione qua infra n. 111. Caterum quia hæc reg. excipit resignationes, videndum est de qua resignatione intelligenda sit, an de simplici, an etiam de conditionali? Simplicem seu puram dicimus, quoties beneficium pure & simpliciter resignatur in manus superioris, absq; aliqua reservatione pro resignante. Conditionale vero, quæ fit in favorem alterius, & non aliter, nec alio modo, nisi ut de beneficio resignato fiat gratia illi, in cujus favorem fit resignatio, reservata resignanti aliqua pensione, aut jure, aut non reservata. Igitur ad propositam questionem dicendum est, Regulam postram intelligi de utraq; specie resignationis, ³ pure

N

pure

pura, & conditionalis; verba enim ista: *alias quam per resignationem*: sunt
 ralia, ideoque de resignatione quacumq; sunt intelligenda, l. de pretio ff. de
 in re actio. Hinc extat dicta Rotæ decisio 624. p. 3. lib. 3. diversi dicentes Regu-
 lam nostram comprehendere qualescumq; resignationes, idq; sive in Curia
 fiant, sive in partibus, & sic utrumq; casum comprehendere videtur, sicut
 decis. 475. n. 3. & 4. p. 3. diversi. & decis. 700. in fi. Non obstat, quod videtur
 intelligenda tantum de simplici, eò quia resignationes in favorem contem-
 pilcopo, seu ordinario improbantur, & sunt simoniacæ Navar. in Manu-
 23. num. 107. vers. ad decimum mand. ad Reg. de Annali q. 46. n. 2. Rodan. de Simonia
 cap. 26. & part. 2. c. 22. n. 14. idemq; disponitur per Consil. Pii v. de mense Aprilis
 717. *causant autem Episcopi*: quia hæc intellectum habent, donec Episcopus
 tur modus admittendi resignationes, ut jam datus est per dictam consil.
 Pii v. quæ disponit, ut Ordinarii non recipiant resignationes, nisi
 lorum, qui aut senio confecti, aut valetudinarii, aut corpore impediti
 vel vitiat, aut crimini obnoxii, censurisque Ecclesiasticis irretiti, neque
 aut non debent Ecclesiæ vel beneficio infervire, & in aliis casibus in d. Consil.
 & in c. nisi eum pridem de renunc. expressis.

De resignatione ex causa permutationis major difficultas oritur, an
 etiã excipiantur, seu excludantur à reservatione hujus Reg. quæ solè excep-
 tiones ex causa resignationis, & aliud sit resignatio, aliud permutatio
 resolvitur etiã excludi: tum quia permutatio includit in se resignationem
 favorem permutantium, ita ut permutatio nihil aliud sit, nisi quædam recipi-
 ca resignatio, quæ sit inter utrumque permutantium text. in cap. unica de
 permut. in 6. & clem. 1. eod. tit. Cassad. decis. 1. n. 2. de Res. permut. quod & latius
 in tractat. de permut. benef. tum quia reservatio est juris communis correctio-
 ria cap. cum expediat de electis in 6. eòque restringenda est, & propterea quæ
 effectum reservationis, beneficia renunciata ex causa permutationis non
 entur verè vacare, & sic non includuntur sub reservatione Hier. Gabriel
 199. n. 4. & 9. lib. 2. De qua ergo vacatione intelliguntur verba ista quæ
 modo vacatura? Præter communem vacationis modum, qui est per obitu-
 & per resignationem ejus qui verum titulum & possessionem habebat (quæ
 dus vacationis dicitur vacatio de jure, & de facto, ex quo tunc apud
 nem remanet jus, neq; possessio, sed sunt vacua ut not. c. susceptum de rescriptis
 in 6. Rebuff. in praxi tit. requisita ad collationem n. 56. Mandos. ad reg. 30. q. 7. m. 4. ista
 est vacatio de jure, alia de facto. Explicemus singula. Vacatio de jure, non de
 facto dicitur per affectationem alterius incompatibilis, vel alio modo ex alio
 infra dicendis: ratio est quia etiã si vacet ipso jure primum per affectationem
 secundi, tamen quia manet in illius possessione, non dicitur vacare de facto
 quia de facto est semper occupatū text. c. eum nostrum ibi non vacaret de facto de con-
 servat.

prabend. & ibi glo. & DD. vel quando quis se intrudit de facto absq; canonico titulo, quia tunc de facto est occupatū beneficium, de jure tamen semper vacat. *Lepus alleg. 16.* Atque hic notandum, licet tales sint privati ipso jure & de facto, tamen requiritur sententiam declaratoriam, non quidem ut Judex pronunciet seu declarat talem privatū, sed talis criminis esse culpabilē, per *not. filii in c. Rodolphus n. 55. de rescript.* Vacatio verò de facto nō de jure dicitur, quādo quis lōgo tempore est absens à beneficio, & ignoratur ubi sit; tunc dicitur vacare de facto, cum nullus illi intersit *sa. text. in c. 2. de cler. non resid.* vel cum quis habet collationem, nondū tamen possessionem, quia tunc adhuc possessio est vacua, & vacat beneficium de facto: vel si quis dejectus est à possessione, & nemo eā occupavit, vel si coactus renunciavit; vel deniq; cum quis nō habet iustum titulum, sed solam possessionem, seu detentationē, quā cedit, vel deedit: nam tunc per renunciationem, vel obitum illius solummodo vacat beneficium de facto, ex quo non potest vacare nisi quod cedens vel decedens habebat & definit habere. *Greg. Tholos. de beneficio c. 27. n. 4. Flam. Paris. de resig. l. 1. c. 15. n. 13. cum seqq.*

His praemissis: videndum de qua vacatione loquatur hæc reg. & quidem primò non est dubium, quin primus vacationis modus, qui est de jure, & de facto, sub ea includatur: quia ista vacatio est verior, naturalior & potentior careris, ideo verba cujuscumque dispositionis sunt intelligenda propriè de illa, & in potiori significato, *Quintil. Mandos. consil. 4. n. 20. in fi. & n. 24. fran. Pavimus vult. de off. & potest. Capituli sede vac. 7. prabend. n. 19.* Secundò, certum est etiam, quod regula hæc procedat quoque in vacatione de solo facto, ut multis ostendit *Geneal. gl. 15. §. 1. à n. 45. usq; ad n. 62.* Quin etiam quod alter modus vacationis, scilicet de jure tantum includatur, dubium non est, ut multis ostendit *idem Geneal. hic gl. 15. a. n. 14. usq; ad n. 44. & Nicol. Garcia tract. de ben. part. 5. c. 5. §. 11. n. 49.* Sed hic tamen advertit, beneficia ipso jure vacantia, sic esse affecta, seu reservata Papæ, ut etiā vacantia in mente ordinario non possit Ordinarius in Germania vigore Concordatorum conferre, sed solus Papa, ut *notat Brand. in Ann. Germ. q. 10.* qua de re plura videto supra inter casus vacationū n. xviii. Quoniam autem vacationes de jure permultæ sunt, & sparsim per Canonum & DD. volumina leguntur, compendio illas perstringam, lectorem remittens ad Dominum Gonzalem & Nicolaum Garc. d. tract. qui pleniore manu illas tractarunt.

Primus igitur vacationis modus de jure, est per affectationem ut prædixi alterius beneficii incompatibilis, c. de multa de prabend. c. quia nonnulli de cler. non residen. *cap. 1. de elec. s. qui vero de prab. concil. Trid. sess. 7. c. 4.* In quo tamen notent juniores, quod licet cap. de multa, quo statuitur primum beneficium curatum ipso jure vacare per affectationem secundi, & si utrumque retinere contendant, privati etiam secundo per sententiam, non autem ipso jure

(tametsi per d. extravag. execrabilis §. qui verò, etiam secundo ipso iure
 veteri loquatur de beneficiis curatis, & dignitatibus, tamen Concilium Trid.
 sess. 24. c. 17. extendit dictam incompatibilitatem (si tamen ultra sex menses
 tinerint) ad duos Canonicatus, vel unum cum parochiali, vel portione in
 Cathedralibus & Collegiatis Ecclesiis ut resolvit s. Cong. Concilii Trid. ad h. c.
 & alia quæcumq; beneficia etiam simplicia, ut Capellanix quæ ex fundamen-
 to vel consuetudine dictam residentiam requirunt, ut fuit resolutum con-
 R. P. D. Orano Leodiensi, Auditore Rotæ celeberrimo, die 11. decemb. 1595. ma-
 na Salmantina dimidia portione, & in alia Toletana Capellania 15. decemb. 1599. Adve-
 te tamen quoad incompatibilitatem simplicium, illam demum induci, quo-
 do dicta beneficia requirunt continuam & præcisam residentiam, quæ immo-
 rum ex fundatione vel consuetudine arctant possessorem ad residentiam sub
 pœna privationis tituli, secus tamen si sub pœna privationis sit utrumvis
 dicitur causativa residentia, & in hac locum non habebit dispositio d. c. de
 Concilii Trid. ut doctè hæc deducit, variisq; Rotæ decisionibus firmat. Gar-
 zalez hic in gl. 15. n. 22. & seqq. ut & Nicol. Gar. tract. de benef. part. 11. c. 5. n. 87. ubi do-
 cit hanc opinionem praticari in Rota: & proinde per alsecutionem secun-
 di non vacabit primum, si utramq; residentiam non requirat, adde Navar. c. 10.
 & 17. de præb. & ita praxis univ. salis, & consuetudo observat, quæ procedit
 etiam in foro conscientie juxta opinionem Innoc. in c. si de cler. non residen-
 & in c. cum jam dudum n. 2. & 4. de Præbend. communiter receptam, juxta quam
 plura beneficia simplicia non sunt incompatibilia, & possunt retineri, si non
 requirant residentiam præcisam, etiam supposito quod alterum eorum sit
 sufficiens ad congruam vitæ sustentationem, & hoc non obstante Concilio
 Trid. quia uti non est receptum ut notat Nicol. Gar. de benef. p. 11. c. 5. n. 332.
 quam tamen Innocentii opinionem limitat n. 267. dummodo non sit
 magna coacervatio beneficiorum, quæ non caret culpa, & mortali scandalo
 ut tradunt multi DD. ab eo citati d. l.

At verò in aliis beneficiis non simplicibus, & incompatilibus dupli-
 modo DD. considerant incompatibilitatem, & distinguunt duo genera in-
 compatibilium beneficiorum.

Quædam n. incompatibilitas est illorum beneficiorum, duæ simul retenti
 non possunt, & quorum primum vacat ipso jure per alsecutionem secundum
 qualia sunt illa, de quibus in d. c. de multa, & in d. extravag. Execrabilis, & in
 c. litteras de Concess. præb. & in Clem. si de præb.

Alia incompatibilitas est, quoad retentionem tantum, scilicet beneficia, quæ
 simul licet retineri non possunt: licet non vacet primum ipso jure per
 alsecutionem secundum, ut in parochiali cum Canonicatu, & duobus simplicibus
 residentia requiruntibus, & aliis ut supra, Staphileus tit. de statu, & quædam
 ut fieri possunt nam. 9. Rebuff. in praxi tit. de dispen. var. asat. verb. incompatibilia

Nicol. Garcia tract. de benef. part. 11. cap. 5. num. 67.

Quo ad incompatibilitatem primi generis, dixi vacationem inducere ipso iure, assecutionem secundi incompatibilis pacificam, quæ pacifica assecutio sui possessio intelligitur i. non solum de facto, sed etiã de iure, id est non litigiosa, sed abiq; controversia juris, & facti, Mandos. ad reg. de Triennali q. 53. idem Mandos. in reg. 34. q. 26. Secundo intelligitur de possessione non sterili, sed quæ commodo fructuum fruatur, ut dixi ad reg. 51.

Adverte tamen beneficia, quæ per assecutionem secundi incompatibilis vacant (ut dicit S. Sedi reservata, ut in extravag. ad regimen de præb. quæ semper 16 movatur per pontifices omnes in reg. 1. Cancell.) non solum vacare per istam secundi realem assecutionem, sed etiam ante, si nimirum facta provisione ante dictam assecutionem in fraudem reservationis, & decreti irritantis simpliciter, sive causa permutationis, ac alias quomodolibet ad manus cuiuscunque resignent, seu dimittant, eruntq; ut dictum est, reservata, & vacabunt ipso iure, perinde ac si per pacificam assecutionem verè, ac realiter vacarent: Ita reservationem beneficiorum vacantium per assecutionem aliorum semper extendit etiam vacatura ante assecutionem resignata, seu admissa 17 S. D. N. Paulus v. 1609. Febr. 25. incip. Sanctiss. in Christo Pater & Domin. N. D. Paulus.

Adverte secundo, prædicta hæcenus vera esse, nisi Papa super incompatibilitate dispenset, de quo extat reg. infra de dispens. incomp. 51. solus enim 18 Papa potest, non etiam Episcopus dispensare, in dignitatibus, personatibus, seu officiis & curatis, &c. Ut multis probat Nicol. Garcia de benef. cap. 5. §. 4. num. 336. cum seqq. & ostendi infra regul. 52. licet autem Papa dispenset, non est tamen quis curus quo-ad Deum, nisi subsit causa dispensandi. Unde D. Bernardus in Epistola ad Roberrum cognatum suum dicebat: Non tibi frustra quis blandiatur de dispensatione Apostolica, cujus conscientiam divina sententia tenet. Neque quicquam in eo imputandum S. D. N. Papæ, qui plerumque imo sæpissimè precum importuna instantia vincitur, ac potius decipitur l. c. de petir. bon. sub lib. 1. cap. detestanda, de concess. præbend. in 6. cap. per antonomasiam de rescript. Et quamvis dispensatio sine causa non teneat in foro conscientiarum, hoc non fit ex defectu potestatis dispensativæ Papæ, quæ omnino apud eum residet, sed ex defectu voluntatis; quia fuit per importunitatem, subreptionem, vel obreptionem inductus ad dispensandum, sicut in simili dicit Bald. in l. rescripta C. de Precib. Impert. offert. Cæterum, præcedam unde divertit, quando Papa dispensat super Canonicatu, & parochiali, solet adjici clausula ista: Et cum decreto quod dictus Orator quantum Parochialem Ecclesiam prædictam obtinuerit apud illam residere, nec quic- 19 que ex debito illius servitio, & officio relinquere debeat, & iis diebus quibus dicta

EGLE
RIVNA
TARIA
ATLAS
LARLES
OLICA
EPPIC



Ecclesia Collegiata ratione Canonatus, & prebende non inferrietur, distributiones quotidianas amittat. Vel ista.

Dummodo neutra Ecclesia ad congruam Oratoris sustentationem sufficiat, & ista sit sint vicina, ut Orator utriusq. commodè per se ipsum deservire possit. Conceditur etiam nonnunquam provisio ob retentionem plurimum incompatibilium quo cetera datur clausula: Et committatur Ordinario, dimissis prius per ipsum Oratorem Canonatu & prebenda ac beneficio ad altare N. prout actis, & quoad novam provisionem eadem clausula. Si per diligentem &c. & cum decreto quod Orator quamdiu Parochialem praesentatum obtinebit, apud illam personaliter residere debeat, nec quicquam ex illius officio & officio debito pratermittat, ac pro diebus & horis quibus dicta majori Ecclesia ratione eorundem Canonatus & Prebende non inferrietur, distributiones quotidianas amittat.

Denique nota quod solet apponi clausula ista obtinenti nimirum Ecclesiam parochialem cum alio beneficio incompatibili: Volumus autem quod non primum vigore presentium, dignitatem, personatum, aut officium vel beneficium curatum fueris pacifice affectus, dictam parochialem Ecclesiam, quam ut praefectus obtinere, & quod ex nunc vacare decernimus, omnimò dimittere tenearis. In quo tamen notes dicta verba, quam ex nunc vacare &c. debere intelligi post pacificam affectionem secundum, non autem quod vacet statim de presenti, sed in eventum pacificae affectionis secundi, prout de jure, & alibi à me dictum est.

Postremo adverte quod per narrativam seu expressionem beneficiorum ante obtentorum non inducitur dispensatio ad pluralitatem incompatibilium, de quo est text. in c. non potest 21. §. fin. de prebend. in 6. probatq. Navar. tract. de oratione 6. 12. Misell. 16. n. 64. & 65. & infra dicam ad reg. 51. & 52. quod etiam nota quod confirmationem electorum è gremio Canonicorum prebendatorum Ecclesiae Cathedralis Leod. ad Praepositorum & Abbatias Seculares: nam sola narrativa alterius dignitatis prius obtentae non excusaret ab incompatibilitate ejusq. poena, quam voluit esse Sixtus V. in sua Const. de anno 1585. Noti Maji, vacationis prioris dignitatis ipso jure, rata nihilominus manente posteriore electione.

Secundus modus vacationis de jure est, per contractum matrimonii per verba de presenti c. 1. & 3. de Cler. conjug. de quo extat Reg. Cancell. 58. Capella Thib. decis. 239. & ibi Ausfrer. Staphil. de lic. grat. tit. de variis mod. vacat. §. quintus vacationis mod. Quod extenditur ut etiam si matrimonium non teneat de jure, ut qui contraxit in gradibus prohibitis Mascard. de probation. conclus. 180. Gonzalez d. loco n. 45. Secus si non teneat ex defectu formae, puta si beneficiatus contraxerit sine parochio, & testibus, juxta Concilii Trid. dispositionem §. 24. cap. de Reformat. matrim. nam ex actu nullo propter defectum formae sollemnitatis non incurritur poena ut fuit dictum in una Hipporegen. Canonica 22. Octob. 1584. coram D. Orano per l. si quis legatum ff. ad l. Cor. de sal. Jaf. rel. fin.

*num. 19. C. de jure emphit. Nic. Garc. de benef. part. 11. cap. 8. n. 15. sed in matrimoni-
um contrahente beneficiato in sacris constituto, dicendum est indistinctè
non perdere ipso facto beneficium, cum sit omninò inhabilis ad matrimoni-
um, sed illis est privandus per sententiam Judicis, Garcia d. c. 8. n. 17. Verum, an
Ordinarii Germaniæ conferre possint in suis mensibus beneficia per contra-
ctum matrimonii vacantia, & reservata? hæc quæstio dependet ab illa quam
intra tracto in xvii. modo vacationis, ubi me vide.*

*Terminus vacationis modus est per ingressum religionis, professionem tamen se-
cuta c. benef. de Regular. in 6. de quo extant reg. Cancell. 57. infra.*

*Quartus, per non promotionem ejus intra annum, qui assecutus est Eccle-
siam parochialem: elapso enim anno nisi initiatur sacerdotio, vacat d. Eccle-
sia ipso jure, c. licet canon. de elect. in 6. Rebuff. in praxi tit. de non promotis intra annum,
ubi ponit decem ampliaciones, & 21. limitationes, Flam. Paris. de resign. benef. l. 3.
quæst. 2.*

*Quintus, per translationem prælati ad aliam Ecclesiam vacat prima, litteris
tamen expeditis & ostensis Capitulo c. in apibus §. translatis 7. q. 1. c. quanto de
translat. Episcopi Abb. in c. in nostra n. 11. de Rescript. Flam. Paris. l. 7. q. 21. n. 14. & q. 23.
num. 47.*

*Sextus casus est, si electus intra mensem à tempore electionis ei præsentata,
vel à tempore sibi præstituto non consenserit electioni: nam tunc vacat
prælatura cap. quam §. electus verò de electio. in 6. Menoch. de arb. jud. lib. 2. cent. 5.
quæst. 477.*

*Septimus, si electus intra tres menses post consensum electioni præstitum,
non petierit confirmationem d. c. quam sit §. ceterù. In patria tamen Leod. ha-
bet lex menses ex constitutione Sixti V. ad petendam confirmationem à S.
Sede, quò obrentà juramentum debitum præstare debet Ordinario & alia, ad
quæ de jure & consuetudine tenetur ut habetur etiam in Concordatis.*

*Octavus, quando electus, vel præsentatus ante confirmationem, vel institu-
tionem per se vel alium se ingerit, & administraverit text. avaritia §. de elect. in 6.
sed hoc fallit in patria Leod. ex d. Constitutione Sixti V. qui concessit Præ-
positis electis administrationem, ut dixi, intra sex menses datos ad petendum
confirmationem à S. Sede quam Const. habes supra in reg. 111. n. 17.*

*Nonus per promotionem ad Episcopatum vacant ipso jure beneficia ob-
tentata cum in cunctis §. cum verò de elect. Concil. Trid. sess. 7. c. 9. & sess. 23. de reform.
& dicimus infra à ad reg. de benef. vacant. ob promotionem.*

*Decimus vacat ipso jure beneficium per militiam secularem c. ultimo ibi gloss.
verò redierunt de cler. non resid. Flam. Paris. l. 1. quæst. 1. n. 22. & ita in terminis decidit
Senatus Sabaudia 4. Id. Decemb. 1592. apud Ant. Fabr. lib. 1. definit. Foren. tit. 3. de
jud. l. 5.*

*Undecimus, per electionis cassationem cap. super eo 12. electio. & sunt etiam
reservata*

261
ARIN
TARIA
TLAS
LARE
OLICE
EPISCOPATU
II

reservata per Concordata nationis Germanicæ, ut patet ibi, vel electionem cassari, &c.

XII. Per postulationem, repulsionem, *extravag. ex debito §. huiusmodi de elec. cap. 2. & 3. de postul. pralat.* quamquam hi modi duo jam dicti propriè dicti non possint modi vacationum ut ostendit Gonzalez *gl. 15. num. 52. in fin.*

XIII. Per violentam ingressionem in possessionem beneficii: nam etiam perdit jus, quod ad illud habet, & vacat ipso jure *c. eum qui 18. de prebend. Covar. 3. Var. c. 16. num. 7. Lessius de Just. & jure lib. 2. cap. 34. dub. 34. num. 187.*

XIV. Per violationem sequestri imposti vigore sententiæ diffinitivæ Rom. Curia, latè *Moheda n. decis. 2. de sequest. poss. & fruct. ubi num. 1. & 5. dicit quod statim beneficium impetrari potest violato sequestro, secus nisi in causa tentatorum, Lancell. de Attent. 3. p. c. 28. num. 143.*

XV. Per non ostensionem tituli seu dispensationis coram Ordinario, quam beneficiatus monitus fuerit *c. ordinarii §. quod si forte ibi glo. verbo c. offic. ordinarii in 6. Concil. Trid. sess. 7. c. 5.*

XVI. Per alienationem rerum Ecclesiæ sive ipsius beneficii, sine iolentate facta *extravag. ambitiosè §. Inferiores verò de reb. Ecclesiæ non alien.*

XVII. Si habetur beneficium pro derelicto *cap. ex parte de cler. non res. Abb. num. 2. c. 1. de off. Vicar. Pavinus de off. & pot. cap. praludio 7. num. 12. vers. sequens habetur.*

XVIII. Vacat ipso jure propter crimen hæresis *cap. ad abolendam. §. 1. de heret. Rebuff. in praxi tit. de mod. amittendi beneficia num. 4. & seqq. Jul. dicit in praxi crim. §. hæresis num. 14. & §. fin. q. 73. num. 7. suntque Papæ reservata, non per constitutionem 29. Pii v. de anno 1566. 6. Kal. Feb. adeò ut hæretico non possit regula de Triennali pacifica possessione, ut clarum est ex d. reg. docet *Rebuff. d. loco. & Lessius de Just. & jure lib. 2. cap. 34. dub. 34. num. 187.* At notatis inter juris interpretes constat, an beneficia hæreticorum adeò sint per se etiam Constitutionem reservata, ut Ordinarii in Germania non possint conferre in suis mensibus: nam *Simonetta tract. de reservat. quasi 99. hanc constitutionem proprio capite tractat, & tandem concludit Ordinarios Germ. conferre posse in suis mensibus hæreticorum beneficia: At contra Georg. Henden. ad concordata q. 10. negativam tuetur, & merito: uti ut enim hoc argumento. Nam vel sententia declaratoria privationis (v. g. propter hæresin) ob non publicatam resignationem, vel commissam Simoniam, &c.) non per pontificem aut per nuncium Apostolicum, aut per Pontificis litem rescriptum & tunc non est dubium privati beneficia conferre solvam Pontifici, vel Legatum (si indultum habeat) non solum vigore Piane constitutionis, sed etiam vi Concordatorum nationis Germanicæ, ut patet ex textu ibi, non per depositionem vel privationem per nos, seu auctoritate nostra factis & favorabilibus. Aut sententia declaratoria fit per Ordinariū, & in Ordinariū mente, & tunc**

incerta opinio est, utrum Ordinarius in Germania possit conferre non obstante d. Piana, aut novis aliis constitutionibus Apost. reservationem importantibus. Nam pro affirmativa faciunt argumenta adducta per eundem Simonetam. Imprimis, quod concordata Germaniæ per quæ dantur Ordinariis locorum sex menses &c. favorabilia sint, & latissimè extendenda in favorem Ordinariorum, & contra concedentem interpretanda. Secundo, quod Rota apud Achillem de Grassis, *decis. ibi de Heretic. quam retulit Lancellor. de Arrent. 2. cap. 7. num. 36.* decidit Ordinarium posse beneficia vacantia ex causa hæresis conferre in suo mense.

Pro negativa quæ de jure verior est & probabilior, faciunt ista.

Primo, quod Pontifex concedendo Germanis alternativam sex mensium, & hoc reservationibus Apost. factis & faciendis non obstantibus, non censetur voluisse, nec etiam potuisse sibi ligare manus, quo minus postea pœnas decerneret in quoscumque delinquentes, eorumque beneficia sibi reservaret *cap. 7. ibi glo. de rescript. in 6. cap. Innocent. de elect. glo. in cap. fin. de sent. excommunicat.*

Secundo, quod nunquã auditũ est, inquit Branden, *d. g. 10.* in Germania concessisse ordinariis beneficia vacantia ob non publicationem etiam si terminus ad publicandum neglectus expiraverit in mense Ordinarii, imò Papa tam contra Germanos, quam quoscumque alios signat statim supplicationes ob non publicationem, nulla habita ratione in quo mense, termino novem mensium elapso, beneficium vacaverit. Tertio ex bulla Sixti v. quæ est declaratoria Bullæ Pii v. contra confidentiam Simoniacam apparet eundem Sixtum v. relaxasse rigorem constitutionis Piana, permittendo nimirum Ordinariis Galliæ, ut conferrent beneficia per confidentiam vacantia; quod indultum plane superfluum fuisset, nullaque dici potuisset relaxatio, si vigore concordatorum eidem potuissent conferre beneficia non obstante Piana reservatione. Nec obstant argumenta in contrarium adducta, & imprimis quod concordata sint favorabilia: Nam non rarò videmus Pontifices derogare Concordatis ex justis causis &c. ut latius infra ostendam in glo. xi. præterquam quod non sic extendenda sint concordata in favorem ordinariorum, ut Pontificum manus ligatæ videantur, ad statuendam pœnam in delinquentes contra fidem. Ad secundum, respondet Branden, Achillem de Grassis qui vixit tempore Julii ii. circa annum 1503. compilasse suas decisiones 70. annis ante constit. Pii v. proinde parum aptè adducit Granutius illius auctoritatem. Ut si curæ pretium esset certi quid super eo à Sanctiss. determinari, cum non desint utrinque validissima argumenta.

Cæterum, non solum hæreticorum beneficia vacant, sed etiam beneficia filiorum hæreticorum, ut est communis opinio, teste Covar. *Var. resolut. lib. 2. cap. 8. num. 4. versu.* Cæterum, quod filii hæret. & licet dicat contrariam sententiam æquorem, tamen servatur prima per Rotam ut ostendit Gonzalez *hien. 67.*

O

§. 15.

§. 15. Imò vacant quoque beneficia illorum qui hæreticis adherent, *Rebuff. in Rub. tit. de Regia ad prelat. nominat. in gloss. verbi vacantibus vers. trigesimo primo*, & quidem in loco ubi commissum est delictum, & non in Curia ubi sententia lata est. *Nicol. Garcia tract. de benef. p. 5. c. 1. num. 80.* licet hodie sint relectura pæ, ex Constit. PII v. ar. cum jam dicta restrictione. Sed adverte, si impetretur beneficia filiorum, seu nepotum hæreticorum, habita ante, vel post delictum, non est necesse, quod fiat declaratio nullitatis, seu privationis beneficiorum, sed simpliciter narretur modus vacationis: cum in primo casu privati fuerint, & remanserint sine titulo; in secundo verò casu, sunt inhabiles, & collatio non facta sit nulla, Et ita hodie servatur de stylo Curia. Videatur etiam ea de re *Flam. Paris. de Resignat. benef. lib. 3. q. 1. num. 32. & qua infra dicam n. 24.*

XIX. Vacant ipso jure etiam beneficia quæ fuerunt obtenta per preces hæreticorum *c. 2. §. ad hec. de heret. in 6.*

XX. Per crimen realis Simonia, ut disponitur in extravag. cum detestabile de Simonia *Cassad. decis. 5. num. 1. Covar. Reg. peccatum 2. p. c. 8. num. 8.* sola autem conventionalis inhabilem reddit ad obtinenda. *Put. decis. 80. lib. 2. Crescent. decis. 3. de Simon. Achil. de Grassis decis. 2. d. tit. Flam. Paris. de Resignat. lib. 14. q. 1. & 2. quæ de re alibi dixi.*

XXI. Per crimen læsæ Majestatis *Rebuff. d. tit. de mod. amit. benef. n. 32.*

XXII. Per crimen falsitatis litterarum *Apost. c. ad falsariorum, de crim. falsi. ubi non solum privantur beneficiis, sed & excommunicantur in bulla cœnæ Domini per constit. Sixti v. Navar. in Mann. c. 27. n. 62. Salzedo ad Bern. Diaz. in praxi. 117. Sayrus de censuris lib. 3. c. 10.*

XXIII. Vacant etiam ipso jure beneficia percutientis Cardinalem *c. felicitus 8. qua verò seuda de Pænis in 6. Flam. Paris. de resign. benef. lib. 11. q. 10. in pr.*

XXIV. Idem in occidente vel percutiente Episcopum *stem. 1. §. à seudis de pen. c. Felicitus de Pænis in 6.*

XXV. Idem in Assassino *c. 1. de Homicidio in 6. Diaz. in praxi crim. cap. 96. num. 1. Zerola in praxi Episcopali in verbo Privatio §. 1. & dicam infra ad Reg. de surrogat. collig.*

XXVI. Vacant ipso jure beneficia occidentis Rectorem suæ Ecclesie *cap. 1. quibusdam 12. de Pænis, Rebuff. in praxi d. tit. num. 45. quod etiam extendit ad occidentes quemlibet clericum vel parentem aut fratrem cap. Inquisitionis num. 14. & 5. ubi ponit Regulam, quod licet regulariter propter homicidium non vacet ipso jure beneficium, fallit tamen in homicidio qualificato, seu deliberato, Rebuff. ubi supra n. 42. qua de re scripsi infra ad Reg. de Annali, & ad Regul. de surrogat. collig.*

XXVII. Si quis in carceraverit clericum donec resignaverit suum beneficium *stem. multorum §. quod si inferiores de pænis.*

XXVIII. Propter crimen Sodomiae, ex *Constit. P. 11 v. de data 3. Kal. Septemb. 1168. Nicol. Garvia tract. de benef. part. 11. cap. 10. §. 2. n. 196. Navar. cap. 27. num. 299. Lef-
sus d. dub. 34.*

XXIX. Quando resignans non supervixit viginti dies per Reg. de viginti: nisi fuerit d. Regulæ derogatum, ut diximus ad d. Regulam.

XXX. Ob non factam publicationem resignationis juxta formam *Constit. Greg. XIII. de publican. resig. ad quam latè scripsimus in Reg. de publicandis iura. & talia beneficia vacantia ob non publicationem sunt reservata, nec possunt per alium conferri quàm Papam Flam. Paris. de resig. benef. lib. 11. q. 7. n. 36. Paulus V. factus in praxi Episcopali p. 2. c. 5. n. 4. ne quidem in Germania in mensibus Ordinationum, Branden. ad Concordata q. 10.*

XXXI. Ob non servatam formam concursus in conferendis parochialibus de qua v. *Constit. P. 11 v. sub n. 32. & Concilium Trid. c. 18. less. 24. super quo etiam alibi in hoc opere scripsimus.*

XXXII. Vacant ipso jure omnia beneficia illorum qui pro obtinendis beneficiis seiplos pro aliis examini supponunt, vel annuas pensiones offerunt, aut beneficia pro aliis impetrant, vel ab iis aliquid consequuntur, vel quando pro seipso impetrant beneficia cum intentione illa resignandi reservata sibi pensione, vel non reservata ad favorem aliorum, ut *cavetur in Constitut. 33. PAVLI IV. de data 16. Decemb. 1557. quæ irrogat pœnam excommunicationis in tales à qua absolvi nequeunt nisi à Pontifice, præterquam in mortis articulo, & privationem omnium beneficiorum obtentorum. Ideoque inolevit jam in Curia stylus, ut exigatur juramentum à petente beneficium, quod non accipit animo illud dimittendi Flam. Paris. de resig. lib. 9. q. 10. n. 4. & 5. dicunturq; Simoniaci qui beneficium accipiunt cum animo illud dimittendi Achilles de Grassis decis. 1. n. 5. de Reservat.*

XXXIII. Vacat ipso jure beneficium per obitum Papæ Collatoris, quando sit collatum ad beneplacitum illius *c. si gratiosè de Rescript. in 5. Gonzalez ad Reg. c. Cancell. glo. 15.*

XXXIV. Idem si per Papam fuisset collatum beneficium ad certum tempus, quo finito vacat ipso jure *arg. l. in agris ff. de acq. rer. dom. vel quando Papa conferat beneficium alicui, & apponit in ipsa collatione decretum, quod infra sex menses primum beneficium in illius manus dimittat, aliàs eo ipso vacet secundum: nam si non adimplet cum forma decreti, vacat ipso jure ultimum beneficium collatum, vigore dicti decreti Egid. decis. 755. in pr. Rota decis. 12. de re jud. in 10. quod intellige à die captæ possessionis pacificæ, Caputaquen. decis. 51. n. 1. & decis. 10. n. 1. Mohed. decis. 8. de Concess. prabend. seu notitiæ ejusdem teste Gonz. d. gl. 15. n. 112. in hoc de re plura, vide quoq; me ad reg. 51. infra.*

XXXV. Per depositionem, & privationem *cap. ex litteris cap. grave de excess. p. 11. Rota decis. 35. de prab. in antiq. Mandos. ad Reg. 32. quest. 8. num. 13. & seqq.*

& eo etiam casu sunt reservata per concordata nationis Germanicæ.

XXXVI. Per apprehensionem possessionis de beneficio à Papa collato, p[ro]te expeditionem litterarum, ex constit. Julii 3. sub 27. Maii 1553. qua est de h[ab]itu 33. de qua constit. v. Mandos in reg. 27. de non jud. juxta form. suppl. q. 3.

XXXVII. Vacant ipso jure beneficia retinentis indebitè scripturas spectantes ad Cameram Apostolicam, & illas non restituentis, nec non scientis & revelantis, ex constit. Julii 3. de data ult. Aprilis 1552.

XXXVIII. Vacant ipso jure beneficia offendentium litigantes in Romania, eorumque Judices, Advocatos, Procuratores, & notarios, ex constit. Alex. vi. de qua tractat Put. decis. 102. & 103. & 104. lib. 1.

XXXIX. Vacant ipso jure beneficia per confidentiam, utpote quando quis resignat alicui beneficium sub confidentia, quod Resignatarius postea resignat alteri personæ resignanti dilectæ, vel in aliis casibus contentis in constit. Pii v. incip. Romanum Pontificem de data 17. Kal. Junii 1564. & in constit. Pii v. de data Kal. Junii 1569. de quibus plenè Flam. Parif. in suo tractu de v[er]den. quest. 68. per tot. & Navar. in Manuali cap. 23. n. 109. Interim advertet, quod in provisione vacantis propter confidentiam, sicut omnia, homicidium, & libeller de stylo Curie apponi clausula hæc: Et committatur Ordinario privatio, seu declaratio privationis in forma juris & prout de jure & cum clausula: Si per diligentem, & de provisione in eventum, &c. clausula tamen si per diligentem, non apponitur, quando Orator est examinatus, & approbatus.

Hi igitur vacationum modi includuntur sub hac reg. alternativa seu reservatoria mensum: licet in Germania absolutè sint reservata S. Sedi beneficia vacantia per constit. Execrabilis, & ad Regimen, adhibitis tamen modificationibus in constitutione Nicolai v. expressis.

Nota insuper, etiam alia esse crimina quæ inducunt privationem, sed non ipso jure, nisi per sententiam, & quibusdam certis casibus, cujusmodi perjurium, homicidium, adulterium, blasphemia de quibus Flam. Parif. lib. 3. de sig. q. 6. & lib. 3. per tot. In perjurio tamen notandum debere esse judiciale.

22. signatura non daret privationem Stapbil. de lit. grat. tit. de variis mod. vacat. sig. q. 6. & lib. 3. per tot. In perjurio tamen notandum debere esse judiciale. Quando quis veniat privand. n. 6. & 8. Rebuff. de pacif. possif. n. 168. alias 221. licet collatio beneficii facta per juro notorio, utpote tali declarato per sententiam, ipso jure nulla, Covar. part. 1. in c. quamvis de pact. in 6. S. 7. alias cessante sententia, & notorio non esset nulla ipso jure, sed annullanda Covar. d. loco. De homicidio dicam infra ad regul. xxvii. de Subrog. collitig. n. 43. De singulis vide sigillatim Flam. Parif. de resignat. benef. lib. 9. & lib. 14.

23. His breviter expeditis, libet nonnullos hujusce vacationis effectus libet exercere.

Primus fit, quod si vacat beneficiū ipso jure ratione alicujus capitis ex supra relatis, vacat in ipsomet puncto, quod contrahitur matrimonium aut emittitur

professio, vel contrahitur delictum, &c. *Probus in addit. ad Jo. Monach. tamen c. in num. 29. de consuet.*

Secundus, si post vacationem ipso jure moriatur privatus antequam dimittatur possessionem, tunc non vacaret beneficium per obitum illius, sed per militiam, professionem, incompatibilitatem, vel aliam causam ex supra dictis. Nam prima vacatio impedit sequentem, & sic per obitum vacare non poterat beneficium quod non habebat ex quo prius ipso jure vacaverat. *6. susceptum de Rescript. in 6. Regid. decis. 735. n. 5. Flam. Paris. de resig. benef. l. 9. q. 25. n. 4. & l. 12. q. 14. n. 25.*

Tertius est, quia beneficium quod semel vacavit ipso jure, non potest resignari in favorem alterius: quia nemo potest resignare, aut renunciare, quod non habet. *c. qui per secessionem 7. q. 1. Flam. Paris. d. tract. l. 1. q. 15. n. 1. & l. 2. q. 22. n. 2. & l. 3. q. 21. n. 21. qua de re videto quæ scripsi infra ad Reg. de Annali in glo. verbi, de beneficio vacanti.*

Quartus, si beneficium vacat ipso jure potest statim impetrari tanquam veterum, secus si venit privandus. *Rebuff. in praxi tit. de mod. amitt. benef. num. 52 & 53.*

Quintus, quod si beneficium vacat ipso jure, ex tunc beneficiatus non facit fructus suos, sed ad illorum restitutionem tenetur. *Hojeda de incomp. benef. cap. 13. num. 61. part. 1. Felii c. 1. n. 42. de constit. Militis in verbo: An autem clericus, verbo Beneficiarius n. 27. vide alios effectus apud Hojedam d. c. 13. item centum & quatuor effectus & discrimina vacationis, seu privationis ipso jure, vel per sententiam copiosissima manu cumulat Tirag. in l. si unquam verbo revertatur à num. 188. usque ad num. 463. C. de revoc. donat.*

Nota denique, cum quis in casibus supra scriptis privatur beneficio ipso jure, statim quidem conferri posse illud beneficium non expectata sententia, nec vocato possessore, non tamen collationem de facto exequi posse, & realem possessionem tradi collatario, nisi prius laudato, & vocato possessore, & causa cognita, *text. in cap. licet Episcopus de prabend. in 6. Oldrad. cons. 226. de toto Baldo cons. 135. lib. 4. Lapus alleg. 101. & 112. Carolus M. ad consuet. Paris. tit. 1. glo. 3. num. 32.*

ARGUMENTA IN GLOS. VIII.

Uti patronatus laicum vel mixtum non comprehenditur sub hac reg. sed tantum ecclesiasticum aul patronatus laicale seu mixtu co-

petens ex prescriptione, consuetudine vel privilegio non tollit reservationem hujus regulæ, & est sublatum à Concil. Trid.

Q 3

3. Prima-

COLLA
TRINUM
TARUM
VLAS
LARE
OLICE
EPISCOPUS
II

3. Primariæ preces Imp. non capiunt beneficia jurisp. laici vel mixti.
4. Jurispatronatus Ecclesiastici an in

Hispania sub hac Regula comprehendatur.

GLOSSA VIII.

H *Presentationem*) Et sic Regula hæc tollit jus patronatus competens patrone ad præsentandum, jus inquam patronatus Ecclesiasticum, non æque illud cum vel mixtum *Put. decis. 319. incip. eadem die n. 1. lib. 1. & decis. 308. n. 2. lib. 2. de les de Grassis decis. 3. de jure patron. Put. decis. 157. incip. Dubitavi in una placen. n. 1. Orsinius decis. 3. de Jure patron. quod verum est, quando tale jus patronatus competet fundatione, constructione, seu dotatione, vel donatione facta ab habente illud ex prædictis titulis: nam alii patronatus competentes ex præscriptione, consuetudine, vel privilegio, aut alio quocumq; modo non prodesse ad impediendam reservationem hujus regulæ: cum quia tales patronatus sunt hodie servati per Concil. Trid. ut habetur c. 9. sess. 25. tum quia dicti patronatus etiam ante Concil. Trid. sub reservationibus comprehendebantur *Cassad. decis. 4. n. 1. de probationibus. Gonzalez ad hanc Reg. glo. 18. n. 18. per not. Covar. pract. quest. 2. 36. n. 6. Nam. Paris. de Resig. benef. lib. 2. q. 4.* Quæ distinctio militat etiam in primariis precibus Imp. quæ non capiunt beneficia Jurispatronatus laici vel mixti, sed tantum Ecclesiastici, ut ostendi in Commentariis ad Indultum Ferdinandi 11. Ceterum, quod dixi Jus patronatus Ecclesiasticum tolli, seu sub hac Reg. comprehendendum non obtinet in Hispania, & præsertim in regnis Castellæ, teste *Garcia rraç. de benef. part. 5. c. 1. §. 11. n. 557.* Imò indifferenter, inquit, beneficia Jurispatronatus etiam Ecclesiastici ad præsentationem patronorum, providentur in partibus, in quocumq; mense vacaverint, ut servatur quotidie. Quæ observantia ac consuetudine supposita, dubitatur an id defendi possit non obstante hac reservatione & aliis, quasi usu non recepta, & sic non liget *cap. fin. ibi de consuet. Negativum dicitur Garcia dicto loco n. 558.* Nec obstat illud de non receptione, aut tacita abrogatione: quia ista non possunt applicari Regulis reservatoriis, quæ non sunt tam leges, quam avocationes provisionis beneficiorum per Papam ad se facta, ut patet ex definitione Reservationis, de qua plura tu vide supra glossa, verba quibus conf.*

ARGUMENTA IN GLOS. IX.

<p>1. In generali reservatione non veniunt beneficia electiva.</p> <p>2. Electiva beneficia veniunt sub di-</p>	<p>positione huius regulæ, & an sub Primariis Precibus Imp. comprehendantur?</p>
---	--

GLOSSA IX.

Resolutionem) In generali reservatione non venire beneficia electiva scripsit *Linæus de Falcon. tractat. de reservat. q. 3. principali n. 21.* Ideoq; Pontifex illic expressit. An autem comprehendantur sub Indulto Precum Primarium Imp. scripsi in Notis ad dictum Indultum, *in verbo, per electionem.*

ARGUMENTA IN GLOS. X.

<p>1. Regula ista nedum comprehendit Ordinarios Collatores, verum etiam extraordinarios; quod limitatum. 3.</p> <p>2. Ordinarii collatores qui dicuntur. Qui extraordinarii collatores.</p> <p>3. Clausula generalis derogatoria remouet obstantias perpetuas, non temporales.</p> <p>4. Regula hæc an excipiat Cardinales legatos de latere in suis provinciis regentes; & quid in Cardinalibus</p>	<p>absentibus à Curia.</p> <p>6. Cardinalis si negligat conferre beneficium vigore indulti, post sex menses, Papa non conferret iure devoluto, sed Archiepiscopus.</p> <p>7. Reg. hæc non includit Reges & Principes collatores beneficiorum, quæ sunt de iure patronatus laicali vel mixto.</p> <p>8. Præcepta Canonica relaxantur propter Regum & Principum auctoritatem.</p>
--	---

GLOSSA

GLOSSA
 PRIMARIIS
 PRECIBUS
 IMPERIALIUM
 COMPREHENDANTUR
 AN SUB INDULTO
 PRECUM PRIMARIUM
 IMPERII

GLOSSA X.

K *Quorumcumq; Collatorum &c. non tamen S. R. E. Cardinalium*) Notandum
 quod primò Regulam hanc comprehendere non solum Ordinarios Collatores
 quales sunt Episcopi in suis Dioccesibus extravag. execrabilis §. ceterum ordinariorum
 de prebend. Rebuff. in concord. rit. de collationibus §. prefati ordinarii in glo. Verbi gratia
 rii & in tract. de Nominat. Ubi etiam dicit quod dicuntur Ordinarii Collatores
 res omnes, qui à Papa vel lege, seu consuetudine habent potestatem conferendi
 beneficia Ecclesiastica, etiamsi sint inferiores ab Episcopo, & ordinariam
 jurisdictionem non habeant, clem. 1. ibi glo. verbo ordinarium, ut in
 verum etiam extraordinarios, quibus nimirum competit collatio, ex privilegio
 vel jure speciali, cap. cum clericus 11. §. fin. ibi glo. verbo spectat de prebendis
 etiam Gemina. n. 5. vers. glossa super verbo spectat, Achilles de Grassis decis. 1. num. 1.
 feqq. de off. ord. quod limitat Simonetta tract. de reser. q. 68. n. 2. & Nicolaus
 de tract. de benef. part. 5. cap. 1. §. 11. n. 619. quando jus conferendi non est perpetuum,
 sed limitatum ad modicum tempus, veluti ad 4. annos plus minus
 cum enim illud sit temporale, est minus præjudiciale, ut notat post Paracelsum
 decis. 47. incip. Nicolaus v. n. 19. Gonzales hic atque ita clausula generalis de prebendis
 toria, removet obstantias perpetuas non temporales, Calderinus conf. 1. de reser.
 Rota decis. 2139. incip. lucana lib. 3. part. 3. divers.

Secundò notandum est, referari beneficia vacantia ad collationem, promotionem,
 &c. collatorum secularium & regularium, non tamen S. R. E. Cardinalium. In quo adverte
 Regulam hanc non excipere Cardinales legatos & latere, in suis legationibus, & provinciis
 degentes, qui collationem tantum ordinariam habent, sed tantum Cardinales Episcopos
 in suis Dioccesibus residentes, ut testatur Crescentius decis. 217. alias 20. de prebendis. Jo. Petrus
 in suo tract. de Optio. Canonica cap. 4. quæst. 3. num. 87. cum Papæ intentio tantum
 fuerit non afferre præjudicium Cardinalibus in sua ordinaria collatione, si
 resideant in Curia, sive non: quod intellige de Cardinalibus residentibus in
 diocesis, non etiam iis qui Ecclesias possident titulares de Urbe, vel Episcopatus
 qui annexi sunt Cardinalitatibus & optantur sex per antiquiores
 Cardinales Præbiteros, qui in urbe tempore vacationis inveniuntur, ut sunt Episcopatus
 Hostien. Portuen. Prenestin. Tusculan. Sabinen. & Albanen. quibus
 hujus Reg. non extenditur ad tales Cardinales absentes à Curia: quia obstat
 servatio regulæ vii. præcedentis, quæ non loquitur de omnibus Cardinalibus
 Episcopis, sed de Episcopatibus Cardinalatum supradictorum, ut patet
 verbis d. Regulæ ibi; nec non ad collationem, &c. S. R. E. Cardinalium à Rom. Curia
 absentium ratione suorum Episcopatus Cardinalatus ac ipsorum Cardinalium

non qua de re videndus Nicol. Garcia tract. de benef. part. 5. cap. 1. §. 11. à num. 624.

6. Tercio notandum per negligentiam Cardinalis in conferendo beneficium, vigore indulti post lapsum videlicet sex mensium collationem, devolvi, non ad Episcopum jure devolutionis, sed ad Archiepiscopum: quia tale beneficium nunquam fuit reservatum, ex quo Regula nostra Cardinales collatores non comprehendat, & ideo ad effectum de quo agitur, est perinde ac si reservatio nostrae Reg. in rerum natura non fuisset *Cassad. decis. 8. n. 8. de prabend. & consequenter, cum negligentia inferioris intrat devolutio, prout de jure communi, cujus devolutionis vigore pertinet ad Archiepiscopos &c. ut in c. 2. de concess. prabend. Gonzalez d. gl. 24. n. 89.*

7. Quarto, notandum Regulam nostram non includere Reges & Principes, quatenus sunt Reges Galliarum & Hispaniarum, aliiq; nonnulli Orbis Christiani Principes, qui de plurimis beneficiis in suis regnis sunt collatores beneficiorum, ut late ostendit Boetius Epo Antecessor ordinarius in Academia Duacena *tr. de Regibus n. 14. & seqq.* Nam eo ipso quod de Regibus & Principibus non fit expressa mentio, non censentur comprehensi sub hujus Regulae reservatione, *8. ut in cap. fin. in pr. ubi Regibus &c. de officio deleg. c. ne reliqui ibi illis per qua Regibus &c. de privilegio in 6. precepta namq; canonica relaxantur propter Regum & Principum auctoritatem cap. Principes c. Regum 24. q. 5. c. per venerabilem §. rationibus. Qui huiusmodi legi. Archidiaconus & Jo. And. in c. 2. de prab. in 6. qui loquuntur in fortiori de reservatione ratione vacationis apud Sedem, Covar. in pract. q. cap. 36. & plura hac de re vide supra ad Reg. xi. & infra XI.*

ARGUMENTA IN GLOS. XI.

1. Sub dispositione hujus Reg. non includuntur collatores vigore Concordatorum.
2. Pontifex per concordata Germaniae retinet dispositionis suae beneficia vacante per Constit. Execrabilis, cum certis tamen limitationibus.
3. Summa capita Concordatorum Germaniae.
4. Provisi per Papam de beneficiis reservatis tenentur publicare gratiam vacantes menses.

- 5. Si Papa negligat conferre intra tres menses, non propterea conferet Ordinarius privative, sed erit preventivoni locus.
- 6. Summa capita Concordatorum Galliae.
- 7. Decretum irritans inficit titulum, & possessionem provisi, & n. 9.
- 8. Provisus contra Concordata, nec titulum, nec possessionem coloratam habet, nec tutus est beneficio Reg. de Annali & Triennali possess. nec in fo-

P 19

REGULA
PRIMUM
TARTIA
V LAS
ARLES
OLICA
EPISCOPUS

10. conscientia quoad perceptionem fructuum.
9. Impetrans beneficium contra concordata, est privatus ipso jure.
10. Concordata nullatenus per hanc reg. laeduntur.
11. Concordata favorabilia sunt, & plenissime interpretanda.
12. Primariæ preces Imp. non afficiuntur concordatis.
13. Exceptio de non usu concordatorum irrelevans est, & nulla.
14. Huic reg. derogatur demum per concordata si illa sint acceptata.
15. Gratia acceptationis durat usque ad mortem Papæ, vel Episcopi, vel usque dum Episcopus transferatur ad aliam Ecclesiam.
16. Legatus de latere concurrat cum quolibet Ordinario, in sex mensibus Ordinariis per concordata assignatis.
17. Legatus de latere dicitur Ordinarius in sua provincia.
18. Concordata tollunt tantum gratias præventivas, nec impediunt, quo minus Papa vel Legatus concurrat cum Ordinariis, etiam in illorum mensibus.
19. Decretum irritans operatur duntaxat, quoad gratias præventivas, nec tollit facultatem concessam Legatis de latere.
20. Decretum irritans non ligat Papam quo minus concurrat cum Ordinariis.
21. Papa per clausulam generalem; non obstantibus privilegiis, facultatibus &c. censetur derogare alternativæ in concordatis concessæ.
22. Papa potest ex justa & rationabili causa si velit, derogare concordatis.
23. Papa non potest aliquam legem suis successoribus imponere.
24. Paulus v. revocavit derogationem Concordatorum Germaniarum per Clementem viii. suum decessorem in eam.
25. Ut concordata includantur in his Reg. debent esse & acceptata, & servata.
26. Quid intersit inter reservationem in vigore Regularum Cancellariæ, & reservationes inductas per concordata Germaniarum.
27. Papa per concessam electionem concordata, non sic adstrictus, quin possit ea non obstante causa rationabili & evidenti causa postposita, de alio Prælo providere.
28. Beneficia vacantia per reg. Cancellariæ, in mensibus reservatis perpetuo manent affecta Papæ.
29. Papa non conferens intra tres menses à die notæ vacationis beneficium reservatum, ejus collatio devolvitur ad Ordinarium.
30. Ordinarii non obstantibus concordatis, possunt recipere resignationes beneficiorum etiam in mense Pontificatus.
31. Majores dignitates electivæ Pontificales in Cathedralibus & Principales in Collegiatis sunt reservatæ S. Sedi per Reg. 14. Innocentii viii. si promovendus illarum possit reponat ad manus Ordinarii.
32. Nominaciones Lovaniensium continent, ut plerique volunt, expressam concordatorum Germaniarum derogationem.
33. In quibus mensibus Apost. mand. vigeant Nominaciones Lovaniensium.
34. An nominationes locum habent in casu vacationis in mensibus nominationum, si resignans in favore moriatur intra xx. dies.

Preces Primariæ Cæs. non includun-
tur sub concordatis.
Præter concordata, Leodientes ha-

bent Alternativam mensuum, & sic
duplici vinculo securi.

GLOSSA XI.

Ut aliorum sub Concordatis) Sequitur alia exceptio hujus Reg. per quam, sub
vigore concordatorum initorum inter Sedem Apostolicam, & ipsos: e-
tiammodi beneficia sub hac Reg. non comprehenduntur, sed liberè sunt
per collatores conferenda: Qualia illa sint, patebit ex hac concordatorum
Germaniæ & Galliæ summa.

Imprimis in concordatis Germaniæ Pontifex reservat dispositioni suæ be-
nificia vacantia per Constit. *Execrabilis*, & ad Regimen, cum modificationibus
in dictis concordatis initis inter Frider. Imper. Principesq; Germaniæ,
& Nicolaum v. Pontificem Max. expressis, quæ concordata etiam confirma-
ta sunt per Maximilianum Imper. anno 1518. Julii 11. respectu Leodientium
quatenus illa aliquatenus læsa essent circa liberam collationem beneficiorum
in mensibus Ordinariorum vacantium, ut & per constitutiones Pii 11. de data
1491. 13. Kal. Feb. & Sixti 1v. de data anni 1479. quibus conceditur alternativa
collationis ordinariis Civitatis & Diocesis Leod.

Secundò, in dictis concordatis statuitur quod in Metropolitanis, & Cathe-
dralibus Ecclesiis, etiã immediatè non subjectis Sedi Apostolicæ, & in Mo-
nasteriis immediatè subjectis, fiant canonicæ electiones, quæ ad dictam Sedem
pro obtinenda confirmatione deferantur intrà tempus constitutum, per confi-
rmationem Nicolai 111. *incip. Cupientes* &c. alioquin ad eandem Apost. Sedem e-
lectiones devolvantur: & si dictæ electiones minus canonicæ fuerint, de iis
per S. Sedem providebitur; & si canonicæ fuerint, per eandem confirmabuntur,
nisi ex rationabili & evidenti causa de digniori, & utiliori persona, ex consilio
Cardinalium duxerit providendum. At in Monasteriis dictæ Sedi immediatè
non subjectis, & aliis beneficiis regularibus, super quibus pro confirmatione,
vel provisione ad d. S. Sedem non contuevit haberi recursus, Electi, vel provi-
dendi ad Curiam Rom. pro confirmatione, vel provisione venire non tenebun-
tur. De Monasteriis verò Monialium eadem S. Sedes non disponet, nisi sint ex-
cepta de tunc per commissionem ad partes.

Tertio, in cæteris dignitatibus & beneficiis quibuscumque tam secularibus
quam regularibus vacaturis in mensibus Januarii, Martii, Maji, Julii, Septem-
bris, & Novembris, eadem S. Sedes sibi ista beneficia reservat. In mensibus ve-
ro Februarii, Aprilis, Junii, Augusti, Octobris & Decembris non impedit per
quam

quamcumque aliam Reservationem, gratiam expectativam, aut quamvis aliam dispositionem per ipsam factam, aut faciendam, quo minus de illis cum vacabunt in dictis mensibus Februarii, &c. Ordinarii, vel alii inferiores liberè disponant, exceptis tamen majoribus dignitatibus post Pontificales in Cathedralibus & Principalibus Collegiatis Ecclesiis, de quibus jure ordinatio erit providendum per illos inferiores, ad quos alias collatio, provisio, præfatio, electio, quævis alia dispositio pertinet. Eandem Alternativam collationem concessit Ordinarius Civitatis & Diocesis Leodien. Pius II. & ante eum Eugenius IV. quam etiam confirmavit postea Sixtus IV. anno 1479. 9. Januarii (cui successit Innocentius VIII.) permittendo dictis Ordinariis liberam collationem in mensibus Februarii, Aprilis, Junii, Augusti, Octobris & Decembris, & quæ nullis reservationibus factis tunc per se vel prædecessores utetur, nisi in corpore juris clausis, & exceptis dignitatibus & beneficiis Officialium Sedis Apust. Verum ultra hoc, extat in hac nostra patria Leod. Indultum quod à Clemente VIII. concessum est proprio motu Ernesto à Bavaria de an. 1599. Episcopo Principi nostro, & post ejus decessum à Paulo V. Ferdinando illius successore nepoti, quo Indulto concessa est eadem facultas conferendi Canonicatus, & beneficia sibi quomodolibet in suis mensibus reservata, dummodo alias dispositioni Apostolica generaliter reservata, seu ex generali reservatione affecta non fuerint, ut latius ex Indulto videre est, cujus seriem legere poterit Lector Tomo III. Annalium Episcoporum Leod. Reverend. admodum Domini Jo. Chaperon Canonici & Vicarii Leod. de nostra Republ. Leodien. optimè meriti: telegredior ad Concordata.

IV. Subjiciuntur quædam de modo Annatarum ut ex contextu dictæ Constitutionis Nicolai V. apertè videre est.

Quod verò in d. Nicolai V. constitutione statutum erat, ut nisi eadem Sedes provideret de dictis beneficiis sibi reservatis in mensibus prædictis intra tres menses, à die notæ vacationis in loco beneficii, quod ex tunc ordinarij, vel ad quos collatio pertinebat liberè de iis disponere possent, hoc per aliam Gregorii XIII. Constitutionem, incip. *Quæ in Ecclesiam Dei de data 1576. Kal. Novemb. promulgatum fuit*, aut saltem modificatum, eatenus nimirum, ut illi quibus de iis gratiæ ejusmodi concedentur, earum concessionum fidem & testimonium intra tres menses, à die notæ vacationis in loco beneficii hujusmodi vel dictis collatoribus significare, vel in ipso beneficii loco publicare quoquo modo teneantur, decernitq; omnes, & quascunq; dispositiones de dictis beneficiis ab eisdem collatoribus post significationem, seu publicationem hujusmodi pro tempore factas, nullas, & invalidas.

In quo tamen duo notes.

Primò, quod si ejusmodi negligentia intervenerit, non per hoc concurrentiam excludi, quo minus lapsus dictis tribus mensibus S. Pontifex conferat beneficium,

scium, cujus collationis dies, si prior sit collatione ordinarii, dubium non est quin à Pontifice provisum, provisum ab ordinario rectè excludat *Cap. dudum de Trib. in 6. quod & notavit Branden. ad Concord. Germ. q. 6. in fi. & D. Wamesi. consil. 239. n. ad gratia. qua de re vide infra notabili 14.*

Secundò, quod si intra tres menses juxta dictam Gregorianam Constitutionem, provisum non innotuerit Ordinario, non per hoc illam esse irritam, sed irritas tantum declarat quascumque provisiones Collatorum factas, post publicationem Collationis Apostolicæ, ut decidit *Rota coram Fabio Accor. 13. Feb. 1599. in divers.*

Sed priusquam alia notabilia cumulemus, paucis videamus Concordata Gallie, & delibemus ex illis præcipua & summa illorum capita.

In illis igitur statuitur, ut Rex Gallie faciat nominationem ad ArchiEpiscopatus, & Episcopatus, Abbatias, Prioratus, & Monasteria, & Papa conferat. In illis vero dignitatibus inferioribus, & beneficiis quibuscumque conceditur Ordinariis collatoribus libera collatio in omnibus mensibus, juxta juris communis dispositionem: Ita tamen quod conferant unum Canonicatum in unaquaque Ecclesia Cathedrali, & Metropol. uni Magistro, Licentiatu, aut baccalario formato in Theologia, qui per decennium studuerit cum onere prædicationis & S. Scripturæ lectionis, & insuper tertiam partem omnium dignitatum, & aliorum quorumcumque beneficiorum vacantium in quatuor mensibus anni, videlicet 1. 4. 7. & 10. mense post acceptationem Concordatorum, similiter viris literatis graduatis, & nominatis per universitates conferant. Denique quod non solum nullæ gratiæ expectativæ, nec reservationes generales, & speciales ad beneficia regni à Sede Apostolica emanare possint, sed neq; lites & causa beneficiæ in Romana Curia tractari, & agitari, ut plenius legitur in bulla Leonis X. incip. in eminenti quæ Concord. latiss. declarat, explicatque Rebuffus.

His ita præmissis, subnecto quædam notabilia hanc Concordatorum Germaniæ materiam enodantia.

Primo, quod dictis Concordatis, seu Constitutioni Nicolai V. adjectum sit decretum irritans. Si secus à quoquam scienter, vel ignoranter attentari contingat: quod quidem decretum ipso jure nullitatem inducit, etiam sine partis objectu *Mans. ad Reg. 31. quæst. 11. n. 6. & 9. ubi scribit quod Regula Cancellariæ habentis decretum irritans quodcumq; in judicio producta, annullant omnia etiam ante productionem facta. Cassad. decis. 12. super Regula Wamesius tom. 1. consil. 33. num. 12. de atar. & qual. præfic. ubi in materia coadjutoria Præposituræ per Papam concessæ, retolvit ejusmodi Coadjutoriam suos finem, & effectum sortiri non posse, nisi Coadjutus in mense Apostolico decellerit, vel alius ad provisionem, seu collationem Papæ dicta Præpositura aliqua ratione spectari; idq; obstante dicto decreto irritanti, quod etiam ipsum Pontificem*

ligat cap. quodam ibi dominic. de prebend. in 6. Quod limita, nisi Pontifex iusta causa morus ejusmodi concordatis derogaret ad nor. Mohed. decis. 13. in fin. de prob. Mend. ad Reg. 2. Cancell. q. 2. & ea que dicam infra 14. Notabili.

Ceteroquin, tanta est vis & potestas decreti irritantis, ut etiam inficiat titulum, & possessionem provisi, ut tradit Flam. Pacif. tract. de resign. benef. lib. 6. q. 1. n. 57. & lib. 5. q. 6. n. 220. imò etiam inficiat omnia que sequuntur, ut nec jus estatum, nec fo mentum habeant Paris. d. tract. lib. 11. q. 7. n. 25. Cassad. decis. 1. n. 7. de Resit. spol. nec titulum tribuat aut possessionem coloratam Lapsus alleg. 3. n. 3. Cassad. decis. 7. n. 3. super Regulis, Simonetta de refer. q. 48. n. 1. & seq. etiam in iudicio possessionis summarissimo manutionis, ut postea dicam, in quo nullæ exceptiones admittuntur Cassad. decis. 1. per tot. de Resit. spoliat. five sit reservatio generalis, five specialis, Cassad. decis. 1. n. 1. de causa poss. neque sunt tuti beneficio Regulari de Annuali, & Triennali possessore per Constit. Clem. vii. incip. Admonet nos: in verbis de rariis prelatibus collationes, nec etiam in conscientia foro, quoad perceptionem fructuum in loquet ex illis verbis Bullæ Clementis vii. & fructus nullo unquam tempore facere: sed ad illorum restitutionem in utroq; foro efficaciter obligatos esse. Unde cum etiam privati in iplo jure beneficio, tenentur illud dimittere, Abb. in c. extirpanda §. 1. de prebendis Hoj. de Incomp. benef. part. 1. cap. 13. n. 61. Tiraq. in l. si unquam n. 291. & seq. de heroc. donat. Porro, quod diximus Decretum irritans inficere possessionem & titulum, id aded verum est, ut impediatur restitutionem in spolio, & manutionem *En. de Falconibus de refer. q. 4. effectu 11. Sarmen. de Annali q. 23. & alii penitus quos citat Nicol. Garcia de benef. 5. part. cap. 1. §. 9. n. 412.* quod intellige ubi reservatio, cui est appositum Decretum irritans, est justificata, vel in corpore juris clausa, vel super certo corpore beneficii: alias secus, *Gambarus tract. de officio leg. lib. 4. n. 130.* atque ita fuit resolutum in una Region. Canonicatus coram D. Pamph. 17. Nov. 1595. in una Bobien. 27. Feb. 1595. coram D. Giffio. Justificata autem censetur reservatio, quando est probata: aut enim incōtinēti probatur, & tunc impedit manutionem & restitutionem in spolio, *juxta decis. Pur. 190. & 197. lib. 3.* aut si possessor dicatur privitum ab Ordinario, nec alium titulum allegat; alias secus, quia in beneficiis datur multiplicatio titulorum *ita decisum fuit in una Region. beneficiis 16. Feb. 1596. coram D. Lita.*

II. Dicta Concordata nullatenus lædi per hanc reg. reservatoriam, etiam si nulla eorum facta esset mentio, cum semper excepta censeantur *Crescent. decis. 2. & 5. de Privilegiis Pur. decis. 47. incip. Nicolaus v. num. 3. lib. 1. Mohed. decis. 23. in fine de prebend.* sintque favorabilia, ac plenissimè in favorem ordinariarum interpretanda, cum reducant ad jus commune l. si unus §. pactus ne poterit ff. de in *Pañ. Pur. decis. 108. n. 1. l. 2. qua de re latius dicemus in si. textus stante maximè alterativa collatione concessa Episcopis Leodiens. per Eugenii iv. Constit. de qua dicam infra n. 35.*

Tertio, exceptionem de non usu Concordatorum in iudicio, & extra, nullam
 inane & ridiculam esse per not. Georgii Branden. in *Concord. German. q. 4. per*
not. cum illa sint per Principes Germaniæ acceptata, sicque in pactum abierint,
Orfem. decis. 2. & 5. de Privileg. Mohedan. decis. 23. in fi. de prabend. ad effectum ta-
 men huius reg. necessarium est ut illa expresse sint acceptata, ut patet in ver-
 bis nostræ Regulæ, & eos qui illa acceptare & observare debuerint acceptatis, probat
 que Navar. *consil. 1. de Constit. n. 23.* Sed ad quod tempus durabit gratia ista ac-
 ceptationis? Respondeo quod usque ad mortem Papæ gratiam concedentis,
 vel Episcopi acceptantis Navar. *consil. 13. n. 2. de prab.* Cum enim acceptatio al-
 terutrivæ sit quidam quasi contractus initus inter Papam alternativam conce-
 dentem, & Episcopum acceptantem, sequitur quod morte alterutrius finia-
 tur. In nulla *59. ff. pro socio Navar. consil. 31. n. 2. de prab.* vel donec Episcopus accep-
 tans transferatur ad aliam Ecclesiam, vel alias removeatur: cum translatio vel
 remotio dicatur mors civilis, quæ quoad hunc effectum æquiparatur morti
 naturali, ut not. Gonzalez §. 5. proemii.

Quarto, Legatum à latere concurrere cum quolibet Ordinario in sex mensi-
 bus ordinariis per Concordata assignatis in collatione beneficiorum, cum ipse
 Legatus etiam dicatur ordinarius in sua provincia c. 1. de off. leg. c. eod. tit. in 6.
 Orfem. *decis. 180. alias 8. de privil. Pur. decis. 345. n. 1. & 2. lib. 2. Gamb. de off. & potestate*
legati lib. 3. part. 3. n. 78. & seq. dicentes hoc procedere non obstantibus Concor-
 datis Germaniæ quoad alternativam concessam ordinariis per d. bullam Nico-
 lai v. quia Concordata tantum tollunt gratias præventivas, videlicet expecta-
 tivas & reservativas: non tamen impediunt quin Papa, vel Legatus poterit
 concurrere cum Ordinario in mensibus ordinariis, ut hoc latius probat, deci-
 sionibusq; Rotæ confirmat Gonzalez *hic in glo. 25. n. 15. & seqq. adde Rebuff. ad Con-*
cordata in Rub. de collationib. §. si quis, verbo alium superiorem ubi ita iudicatum ad-
struit, & Branden in Concord. German. not. 1. ubi scribit quod Concordata non
 impediunt collationes Papæ, etiam in mensibus Ordinariorum, sed solum tol-
 lunt gratias præventivas, quas olim habebant expectantes *Cassad. decis. 1. de pact.*
Donnetta de Reservat. q. 2. & ita tenuit Rota in una Meten. Canonatus: quod tam-
 en ob hoc non accipit, nisi provisio à Papa obstet, Regula de verisimili notitia
 in d. 18. tu ne eorum provisio Papæ anterior nullius erit roboris ex d. Regula &
 consequenter non oberit provisioni Ordinarii posteriori, nec poterit dici Pa-
 pam prævenisse Coras. de Benef. 2. part. c. 1. n. 7. & c. 3. n. 8. Nicol. Garcia tract. de benef.
 part. 1. n. 43. licet ipse postea n. 49. dicat dictam reg. non habere locum in le-
 gis motus auctoritate nostri glossographi ad d. Reg. & Bertrand. c. onf. 128. vel. 1.
 ad contraria opinio videtur verior ut ibi dixi.

Præmissis non obstat decretum irritans in Concordatis appositum, quia illud
 non mutat naturam principalis dispositionis quoad gratias præventivas tantum, &
 non.

REGULA
 ORDINARIIS
 TANTUM
 ATLAS
 CARLES
 OLICA
 ERRORE

non ampliat dispositiones, nec tollit facultatem legati de latere de jure communi concessam *Pur. decis. 1. lib. 1. nec Papam ligat teste Menochio consil. 83. c. n. 21. 22. D. Wamefio consil. 225. n. 3. 6. & 9. tom. 1.* quando decretum non dicit etiam per nos &c. ut fuit dictum in una Meten. *Canonicatus coram R. P. D. de Raben. 4. Nov. 1577. & alia Leod. coram Illustriss. Card. Lancelloto tunc Rote Auditori, & una Romana Casalis 23. Octobr. 1574. coram D. Robustio quaest. 1. pari. decis. 1.* licet alii contrarium teneant, videlicet Decretum irritans Papam ligare etiam non dicatur, per nos aut successores nostros contigerit attentari, quando scilicet illud ponitur in jure, seu lege generali, aut concessione speciali, ut hic, *probus ad Monach. in c. si tibi qui num. 5. & 21. de Rescript. in 6. Rebuff. in Concord. tit. firma, & irrevoc. Concord. stab. in p. Menoch. Conf. 83. num. 6. l. 1.* quorum opinionem novissimè reprobatur Nicol. Garcia de benef. part. 5. c. 1. num. 29. Et rectè Nam licet Regulæ reservat. habeant vim legis, & Constitutionis generalis tamen. *Reg. de Annali quaest. 23.* tamen vera sunt leges generales, qualis sunt aliæ Regulæ Cancellariæ: sed avocationes quædam provisionis beneficiorum per Papam ad se factæ, ut patet ex diffinitione Reservationis de qua per *Æn. de Falcon. quaest. 1. principali. Simonetta de Reser. q. 1. Mascard. conclus. 17. præterquam quod non potest alternativa dici lex; sed potius quædam gratia. Mohet. decis. 1. de concess. præbend.*

Verum illud certum est, si Papa in gratia apponeret clausulam non obstantibus privilegiis, facultatibus & indultis &c. per ejusmodi clausulam derogaret alternativa in Concordatis concessa, ut resolvit Rota in una Zamoren. *Canonicatus apud Mohedan. decis. 1. de concess. præb. Felii. Anto. de But. & alii in c. nonnulli de rescript. Dubium enim non est quin Papa si velit derogare, possit ex justa & rationabili causa dictis concordatis Mandos. in Reg. 2. Cancell. q. 2. vers. Imo etiam in Gallicis moneta seu ejus additionator in tract. de reservat. q. 1. n. 5. & q. 59. n. 23. & 26. quod licet esset, si nulla subfit justa causa, Mohet. decis. 23. in fi. de præb. Pur. decis. 47. in fi. lib. 2. Rebuff. in Rub. tit. de collatio. in Concord. Gabriel. lib. 3. com. conclus. 6. de Jus e quaest. non toll. quos sic esse intelligendos scripsit Gonzalez hic in glo. 28. n. 26.*

Nec obstat decretum irritans in Concordatis appositum, quia ut prædictum non ligat Papam, nec etiam Nicolaus v. potuit suis successoribus aliquam legem imponere quam ipsi de necessitate tenerentur servare: quia pater in patrem non habet imperium, ut legitur, & notatur in l. digna vox C. de leg. cap. Innotuit. de l. 2. cap. fin. de Rescript. in 6.

Denique quod Papa possit derogare Concordatis, latissimè, & doctissimè probatur D. Wamefio consil. 225. n. 3. & seq. faciunt optimè not. Gabriell. d. d. com. conclus. lib. 3. conclus. 6. tit. de Jure quaestio non toll. conclus. 6. num. 5. atque in tempore meo decidit Rota in una Tungren. *Canonicatus pro D. Quirino Billan.*

postea Paulus V. S. Pontifex anno 1613. v. Kal. Aprilis motu proprio de-
 claravit se non intendere, nec suos prædecessores intendisse laedere concordata
 in gratia extinctionis litis motu proprio facta D. Ricardo Pauli Stravio, & Gui-
 lielmo Vossio, litigantibus contra d. Quirinum Bilstain clericum Leod. pro d.
 prebenda & canonicatu, & Scholastria Tungren. in quorum regimine idem
 Bilstain Coadjutorem perpetuum in locum cujusdam Lamberti Gikens de-
 parari se à S. Sede obtinuerat cum expressa derogatione Concordatorum Ger-
 maniar; dictis verò Ricardo, & Guilielmo auctoritate ordinaria provisus de di-
 ctis canonicatu, & Scholastria per mortē dicti Lamberti de mense Februarii, &
 hinc ad multos años inter eos agitatis cū d. Quirino tandē idē S. Pontifex lites
 illas extinxit, declaravitq; proprio motu, nec ad eorum, aut alterius pro ipsis in-
 stantiam, collationem & provisionem de dictis Canonicatu, & Scholastria præ-
 dicto Quirino sic factas, & literas præfatas tanquam subreptitias, ac præter, &
 contra dicti sui prædecessoris, & suam intentionem, quoad derogationem, &
 laudem Concordatorum hujusmodi emanatas cum omnibus, & singulis de-
 cretis etiam irritantibus &c. cassando d. collationem & provisionem &c. cum
 decreto de immittendo dictos Ricardum & Guilielmum in possessionem di-
 ctorum Canonicatus & Scholastriæ prout etiam vigore dictæ gratiæ immissi
 fuerunt & sunt. Sequitur tenor gratiæ motus proprii Pauli v.

PAULUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI AD
 FUTURAM REI MEMORIAM.

Ex pastoralis officii nobis divina dispositione commissi debito fideles quos-
 libet præteritum Clericos a litium & controversiarum inter eos pro tem-
 pore laborantium molestis maturè explicari cupientes, lites, & controversias,
 hujusmodi extinguimus, ac ejusdem officii nostri partem interdum interpo-
 nimus, prout conspiciamus salubriter expedire: Alias si quidem postquam in
 concordatis inter Sedem Apostolicam, & inclitam Nationem Germanicam,
 initis & firmatis, caveatur expressè, quod beneficia sub illis comprehensa, ces-
 santibus tunc expressis reservationibus extrà Romanam Curiam in Februario,
 & quinque aliis etiam tunc expressis mensibus alternatis pro tēpore vacantia,
 per eos, ad quos jure ordinario beneficiorū hujusmodi collatio, & alia dispo-
 sitioni pertineret, quoties illa deinceps vacare contingeret, cōferentur, nec ipsi
 per quicumq; aliam reservationem, seu gratiam expectativam, aut quam-
 cumq; aliam collationem, vel dispositionem Apostolicam impedirentur, sicut
 accepimus dilectus filius Quirinus Bilstain assertus Clericus se quondam Lam-
 berto Gikens olim Canonico & Scholastico Ecclesiæ B. Mariæ Virginis Op-
 pidi Tungren. Leod. dicentis tunc in humanis agentis coadjutorem perpetu-
 um, & irrevocabilem in regimine, & administratione canonicatus, & præben-
 dæ, ac Scholastriæ dictæ Ecclesiæ, quos dictus Lambertus tunc obtinebat,
 per

REGIA
 QUIRINUS
 TARIAN
 VLAS
 ARLES
 OLICA
 BILSTAIN

20 per fel. rec. CLEMENTEM Papam VIII. prædecessorem nostrum Apostolicum
 21 auctoritate constitui, & deputari, sibi que de Canoniatu, & præbenda, ac Schola-
 22 stria præfatis, ex tunc, prout postquam illos per cessum, vel decessum ipsius
 23 Lamberti, ut alias quovis modo vacare contingeret, provideri, successivè
 24 asserens verum annum valorem fructuum, reddituum, ac proventuum cano-
 25 nicatus, & præbendæ, ac Scholasticæ præfatorum in dictis literis minimè
 26 præfatum, nec præfatis concordatis derogatum fuisse, sibi ab eodè Clemente præ-
 27 decessore, quod literæ prædictæ valerent, plenamque roboris firmitatem
 28 tineret, & sibi suffragaretur in omnibus, & per omnia perinde ac si in illis, quod
 29 fructus, redditus, & proventus præfati certum tunc specificatum valorem non
 30 excedebant expressum, ac concordatis prædictis expressè derogatum fuisset,
 31 concedi & indulgeri, simulq; dictis concordatis derogari obtinuit, prout
 32 dictis concordatis, ac prædicti prædecessoris, nec non in nostris exinde, prout
 33 quod dictus prædecessor antequam ejus literæ desuper expedirentur, voluit
 34 fuerat humanis exemptus desuper confectis literis, plenius continetur: ob
 35 autem dicti Lamberti extra Romanam Curiam de mense Februarii, anni Do-
 36 mini 1606. defuncti superveniente de Canoniatu, & præbenda, videlicet Ri-
 37 cardo Paulo Stravio Clerico, de Scholasticæ vero præfatis Guilielmo Yulio
 38 præbytero dictæ diocesis dilectis filiis per tunc existentem Præpositum dictæ
 39 Ecclesiæ uti Ordinarium Canoniatu, & præbendæ, ac Scholasticæ prædictæ
 40 rum collatorem juxta formam, & tenorem concordatorum hujusmodi extitit
 41 Romanam Curiam ordinaria auctoritate provifum extitit; hincq; illis, & cau-
 42 sa in vim specialis rescripti à nobis emanati inter Ricardum & Guilielmum
 43 una, ac Quirinum præfatos ex altera partibus, super canoniatu & præbenda
 44 ac Scholasticæ prædictæ, ad quod ipse Quirinus prætextu provisionis sibi de-
 45 lis, ut præfertur factæ, hujusmodi jus habere prætendebat, introducta, di-
 46 primo coram quondam Magistris Alexandro Litra, & successivè coram Do-
 47 nardino Scotto Capellanis nostris, & causarum Palatii Apostolici Auditori-
 48 bus, postremò que coram Venerabili Fratre nostro Francisco Archi Episcopo
 49 Damascen. etiam olim causarum ejusdem Palatii Auditore, nunc verò unius
 50 Auditoribus dicti Palatii locum ex indulto Apostolico tenente discussa, nec non
 51 eorundem canonicatus, & præbendæ, ac Scholasticæ possessio, in qua dictus
 52 Quirinus intrusus forsan tunc reperiebatur, apprehensa, & fructus sequentium
 53 fuerint, lisq; & causa hujusmodi coram eodem Francisco Archiepiscopo, &
 54 cū tenente adhuc pendeat indecisa; hoc verò nō sine gravi concordatorum & Or-
 55 dinatorum collatoris, ac Ricardi & Guilielmi prædictorum præjudicio, & tur-
 56 batione evenerit. Nos igitur scientes, nec dicti Clementis
 57 prædecessoris, nec nostram mentem & intentionem fuisse concordatis hujus-
 58 modi per provisionem dicti Quirino, ut præmittitur, factam, & literas præ-
 59 dictas derogare, nec illa in aliquo lædere, de præfatis omnibus, & singulis præ-
 60 dictis, & hujusmodi.

de sufficienter informati, volentesq; pro pastoralis officii nostri debito Ricardum & Guilielmum præfatos à litium hujusmodi ulterioribus dispendiis, & molestiis rempestivè explicare, indemnitati, paci & quieti consulere, ac alias, in præmissis oportune providere, ipsosque Ricardum, & Guilielmum à quibusvis Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis si quibus quomodolibet inmodò existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum sententiarum solventes **MOTU PROPRIO**, non ad eorum vel alterius pro ipsis nobis desuper oblata petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate ac certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine collationem, & provisionem de canonicatibus, & præbendis ac Scholastiis prædictis dicto Quirino ab eodem Clemente prædecessore sic factas, & literas præfatas tanquam subreptivas, ac obreptivas, & præter, ac contra dicti Clementis prædecessoris, & nostram intentionem quoad derogationem, & lationem concordatorum hujusmodi emanatas cum omnibus, & singulis decretis, etiã irritantibus, aut clausulatis, aliisq; clausulis, quantumvis prægnantissimis, necnon inde sequentibus, quibuscunq; in omnibus, & per omnia, perinde, ac si nunquam emanassent, Apostolica auctoritate tenore præsentium revocamus, cassamus, annullamus, irritamus, ac penitus abrogamus, viribusq; & effectu evacuas, ac revocatas, cassatas, annullatas, irritas, abrogatas, ac viribus & effectu evacuat, nulliusq; roboris vel momenti unquam fuisse, & esse, ac fore, & pro talibus censeri, & reputari, nec ullo modo attendi nullumq; per eas dicto Quirino, vel cuivis alteri jus in canonicato, & præbenda, ac Scholastiis prædictis, vel ad illos, seu illorum fructibus, redditibus, proventibus, & pertinentiis quibuscunq; tribui, ac acquiri, minusq; sibi suffragari potuisse, nec de cetero posse Apostolica auctoritate, motu, scientia, ac potestatis plenitudine similibus decernimus, & declaramus, literasq; & causas hujusmodi in quacunque instantia, & coram quibuscunq; Judicibus, etiam causarum dicti Palatii Apostolici Auditoribus, seu illorum locatentibus pendeant, ac in quibuscunq; statu, & terminis repetantur, etiam si quomodolibet instruxerint, & usq; ad illarum conclusionem, perducant, ac quæcunq; resolutiones ad favorem & commodum ejusdem Quirini factæ fuerint, quas omnes abrogamus, & ad nos etiam avocamus, easq; penitus & omninò extinguimus, ac prædicto Quirino, & quibuscunq; aliis desuper meresse habentibus, seu habere prætendentibus super præmissis omnibus, & singulis perpetuum silentium (sumptibus & expensis utriusq; quomodolibet factis cujuscunq; summa, & quantitatis sint confusis, & compensatis) imponimus, & nihilominus dicto Francisco Archiepiscopo, & locum tenenti illius Auditoribus prædictis necnon quibuscunq; Judicibus Ordinariis, vel delegatis districtè præcipimus, & interdiciamus, ne ulterius de statu, & merito causæ & causarum, ac juribus, & prætensionibus partium hujusmodi, nunc, & quocumq; in futurum cognoscere, minusq; dictum Quirinum, vel ejus

Q 2

procurator

CLA
 IRINUM
 TARIUM
 VLAS
 ARLES
 OLICOR
 IMPROBANDUM

„ procuratores, aut alios interesse quomodolibet habentes, vel prætextu ad
 „ illarum & illorum prosecutionem etiam prætextu cujuscunq; communi-
 „ nis, seu rescripti admittere, vel desuper quandoeunq; audire, aut aliam
 „ sa, & causis hujusmodi ad ultiores actus procedere quomodolibet
 „ seu præsumant. Decernentes præsentis literas nullo uquam tempore, citra
 „ eo quod d. Quirinus, & quicumq; alii interesse habentes, seu prætextu
 „ id vocati non fuerint, seu quocunq; alio prætextu de subreptionis vel ob-
 „ tionis seu nullitatis vitio, aut intentionis nostræ, vel quocunq; alio delicti
 „ notari, impugnari, annullari, retractari, infringi in jus vel controversiam
 „ cari, aut adversus illas quodcunq; juris, gratiæ, vel facti remedium impetra-
 „ aut etiam motu pari concedi posse, neque easdem sub quibusvis similibus
 „ dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, de-
 „ gationibus, aut aliis contrariis dispositionibus, etiam à nobis, & quibuscumq;
 „ aliis Romanis Pontificibus successoribus nostris, dictaq; Sede sub quibusvis
 „ tenoribus & formis ac cum quibusvis clausulis, & decretis etiam motu, ser-
 „ tia & potestatis plenitudine similibus pro tempore faciendis comprehendendi,
 „ semper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in pristinum, & cum
 „ in quo atea quomodolibet erant statuta, restitutas, repositas, & plenarie re-
 „ gratas, ac de novo etiam sub quacunq; posteriori data, per Ricardum & Guil-
 „ lielmum prædictos, quandoeunq; eligenda concessas esse, & fore, tuosq; pre-
 „ narios & integros effectus sortiri, & obtinere, ac tã Ricardo, & Guil-
 „ „ Præposito pro tempore existenti prædictis suffragari, & ab omnibus ad quos
 „ quomodolibet spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter observari, &
 „ per Franciscum Archiepiscopum, & alios Auditores prædictos, necnõ quo-
 „ cunq; Judices Ordinarios, vel delegatos quavis autoritate fungentes etiam
 „ S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, dictaq; Sedis Nuncios sub-
 „ eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & au-
 „ thoritate judicari & diffiniri debere, ac irritum, & inane quicquid secus con-
 „ his à quoquã quavis autoritate scienter vel ignoranter contigerit attentum.
 „ Non obstantibus singulis præmissis, ac nostra de jure alteri quaesito nõ tenen-
 „ do, aliisq; constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ceterisq; contra-
 „ quibuscunq; Volumus autem quod præsentium copia cum originali collo-
 „ tionata, & per unum ex dilectis filiis Curatoribus nostris, in actis Notarii cau-
 „ sa, & causarum hujusmodi dimissa vim validæ & efficaci inhibitionis obtineat
 „ quodq; prædictus Franciscus Archiepiscopus, & locum tenens statim visigra-
 „ tentibus suam, seu aliam quamcumq; inhibitionem moderari, ac sequens super
 „ possessione Canonatus & præbendæ ac Scholastiæ prædictorum, illorum
 „ fructibus hujusmodi quomodolibet appõsita in favore Ricardi & Guilhelmi
 „ prædictorum revocare, & relaxare ipsosq; & eorum quilibet in corporalem
 „ realem, & actualem possessionem Canonatus, & præbendæ, ac Scholastiæ
 „ prædictorum

predicatorum respectivè imittere, seu jam antea immisso manuteneere & con-
servare, ac quietos & pacificos dimittere debeat, & teneatur. Nulli ergo om-
nino hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, scientiæ intentionis,
motus proprii, revocationis, cassationis, annulationis, irritationis, abroga-
tionis, evacuationis, declarationis, avocationis, extinctionis, impositionis,
precepti, interdicti, decreti, & voluntatis infringere, aut ei ausu temerario
contrariare. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem
Omnipotentis DEI, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se no-
verit incursum.

Datum Romæ apud S. Marcum: anno Incarnationis Dominicæ M. DC. XIII.
quinto Kal. Aprilis Pontificatus nostri Anno Octavo.

Sed notandum, motivum gratiæ factæ pro D. Ricardo & Guilielmo fuisse,
ut existimo, in eo quod derogatio Concordatorum in gratia facta Quirino
nullam justam causam contineret, sine qua non præsumimus Pontificem vo-
luisse derogare Concordatis, & multis ostendit Ant. Gabriel *lib. 3. commu-
catus. tit. de jure quasito non tollendo conclus. 5.* vel etiam quod non fuerit servata
forma, & modus quibus solet fieri derogatio Concordatorum, ut in simili no-
tat D. Wamejus d. consil. 255. n. 6.

Extat & alia revocatio motu proprio facta Pii V. derogationis Concorda-
torum nationis Germanicæ in simili Coadjutoria per quam idem Pius IV. de-
clara vit per deputationem in Coadjutorem & exinde collationem Canonica-
tus & præbendæ Ecclesiæ Metensis in mense ordinario cum Concordatorum
derogatione, intentionis suæ non fuisse aut esse Concordatis prædictis derogare,
aut alias illis in aliquo præjudicare, sed eandem prætentam derogationem ob Ex-
peditorum inadvertentiam & præoccupationem obreptam tanquam contra
intentionem & voluntatem suam extortam, nullam, invalidam ac nullius ro-
boris vel momenti fuisse aut esse.

Sed & alia legitur Constitutio Adriani VI. de data anni 1522. pontificatus sui
quæ confirmat privilegia concordata & c. de conferendis beneficiis in alter-
natis mensibus, ut & relinquit electiones liberas Decanatum in Civitate & Dic-
cesi Leodien. consistentium, nec illos sub quibusvis litteris gratiarum expecta-
torum ac aliarum specialium seu generalium reservationum aut collationum,
provisionum, commendarum vel aliorum dispositionum quibusvis personis
cujuscumque dignitatis forent concessis, comprehendi: quæ constitutio ema-
navit à S. Sanctitate ad tollendam difficultatem quæ orta erat inter quendam
Joannem de Clivis ratione Decanatus S. Pauli ad quem per capitulum electus
erat Joannes Stoten Canonicus dictæ Ecclesiæ, illo de Clivis prætentente jus
de eundem Decanatum ex certis ibidem expressis causis.

Quinetiam Gregorius XIII. Sapientissimus Pontifex quadam Constitu-
tione

Q

tione

sione sua de anno 1572. Junii 6. Romæ publicata declaravit se sub quacunque verborum forma rescripserit Concordata lædere nolle. Teste Simonetta n. de reservat. quest. 99. num. 28.

V. Ut concordata non includatur sub hac reg. requiri nedum ut sint acceptata, quemadmodum jam dictum est, sed etiam ut sint observata: unde si fides observentur facientes concordata cum sede Apostolica, non est illis fides servanda cum concordata sint individua, & correlative c. pervenit 2. ibi, nec tu etiam promissum de jure jur. *Mohed. desif. 10. n. 1. de sent. & re jud. Roland. à valle Conf. 10. n. 15. 11. & 12. & conf. 4. & 42. vol. 4.*

VI. Hoc interesse inter reservationes, vigore Regularum Cancellariæ, & reservationes inductas per Concordata Germaniæ.

Primò, quod per Regulas Cancellariæ, Ecclesiæ Cathedralis & Monasterii sunt simpliciter reservata Pontifici, ut patet per Reg. 2. Cancellaria. At verò, per reservationes vigore Concordatorum Germaniæ, si extra curiam (nam si in curia vacent, sunt reservata Pontifici, juxta constit. ad Regimen, etiam si alioqui beneficia, seu dignitates electivæ) vacare contingat Episcopatum, vel Monasterium, & Prælatus, qui decessit, non fuerit Cardinalis vel Officialis curiæ, Electio canonica permittitur fieri in partibus, juxta concordata, ibi.

Item placet nobis quod in Metropolitanis &c. In quo tamen notes, Pontificem non esse electione esse ligatum, quin ex evidenti seu rationabili causa postposito obiecto Ecclesiæ de alio Prælato possit providere, ut satis ostendunt verba ista concordatorum, *Nisi ex rationabili & evidenti causa ac doctorum fratrum (Cardinalium) consilio de digniori & utiliori persona duxerimus providendum.*

Secundò, quod beneficia vacantia per Reg. Cancellariæ in mensibus reservationis, perpetuò manent affecta, nec de illis alius quam Pontifex ullo tempore minus apponere potest, text. in extravag. ad Romani §. Romani de prebend. *Lenax de concordat. de reserv. prelud. 3. per tot. ar. verò, per concordata, S. Sedes tam benignè cum Ordinariis, ut etiam contra jus commune per cap. per vestras ex. de suppl. in prelat. patiat deolutionem fieri de supremo ad inferiorem, videlicet, ut infra tres menses non apparuerit de provisione Apostolica, Ordinarius ad collationem procedere valeat, quod intellige ut supra n. 5.*

VII. Resignationem factam in manus Ordinarii, sed in mente Pontificis, per eundem Ordinarium recipi, & admitti posse: Si enim à reservatione Reg. VIII. excipiuntur beneficia vacatura per resignationem, profectò nullatenus est quo minus dicti Ordinarii, beneficia in manibus suis quocumque mente resignata conferre possint, dummodo tamen sint talia quæ alias in Mensibus non reservatis, per obitum vacantia, ad ipsorum Ordinariorum dispositionem pertinere, & resignatio in illo casu, alio speciali jure non sit prohibita, potest

prohibetur resignatio promovendorum; ut notat Branden in Concord. German.

VIII. Majores dignitates electivas post Pontificales in Cathedralibus, & 30
principales in Collegiatis, si ante diem promotionis, vel assumptionis ad Pontifi-
calem dignitatem dimittantur, vel resignentur in manus Ordinarii, esse refer-
endas Sedi Apostolicæ, & comprehendi sub Reg. 24. de beneficiis vacantibus per pro-
m. 6. Crassem. decis. 55. lib. 1. quia dicta Regula 24. venit ad declarationem re-
servationis extra vag. ad Regimen, quæ reservatio est etiam inserta Concordatis;
quare ita juxta prædictam doctrinam decisum fuisse docet Branden in Concord.
art. 111. in una Paderbornensi Præpositura coram R. P. D. Bubalo 9. Martii & 30. Maji
1758.

IX. Observandum in super, multis in usu annis fuisse, ut non obstantibus 31
Concordatis nationis Germanicæ, Nominations Lovaniensium gravent, & af-
ficiant Ordinarios, ita ut sine discrimine nominati ad beneficia, non tamen juris
preconatus laici, admittantur tam in mense Apostolico, quam Ordinario, cum
aliter verbis per Indultum Sixti IV. (quo nominandi facultas dictæ Universi-
tati concessa fuit) contineat expressam, formalem, & individualement dictorum
concordatorum nationis Germanicæ derogationem, ea que derogatione Pontifi-
cum ex causa uti posse supra ostendi Notabili IV. & latè sus èg. D. Wames. consil. 255.
& segg. tom. 1. licet sint qui aliter velint, quibus idem D. Wamesius conatur
satisfacere, dicens n. 7. quod per ejusmodi derogationem non abrogentur aut
solvantur dicta concordata, sed impediuntur tantum semel aut bis in vita Ordina-
rii cujuscunque Collatoris; & quoad collationes Collegiorum Conventuum, Ca-
pitoliorum & similium corporum, in vicennio vel decennio semel duntaxat per-
mittatur nominatio usus: quod equidem intolerabile aut durum videri non
debet, potissimum propter favorem quem merentur hujusmodi nominandi in-
dulta, concessa ad promotionem studiorum, studiorumque in quibus evidens
est publica consistit utilitas Anth. Habita C. ne fil. pro Patre, P. Paris. consil. 140.
art. 4. ob quam Papæ aut Principi etiam à pactis & contractibus præsertim cum
laicis illius in initis aliquantulum recedere illisque derogare facile permittitur.
Dicitur in nostra de jurejur. Socin. caus. 4. n. 10. vol. 3. & Alex. consil. 16. vol. 5. & consil. 101.
n. 7. Nihilominus Julius III. Pontifex Max. speciali sua constitutione, quæ
incipit, decet Romanum Pontificem Sec. expressè declaravit, idque motu pro-
prio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, quod de cætero
Ordinarii Collatores non obstantibus quibusvis Nominacionibus, juxta dicto-
rum Concordatorum continentiam, & tenorem, disponente de quibuscumque
beneficiis in illorum mense vacantibus licitè, & liberè poterunt, decernens irri-
pam & inane si secus fecerit.

Sed cum superioribus annis diversæ adhuc litium occasiones, diversique 32
anfractus

anfraſtus exorirentur ratione menſium Apoſtolicorum placuit S. D. N. Pa-
lo v. ſpeciali ſuo reſcripto de Anno 1616. permittere Lovaniſibus ultra
Concordatorum in duobus dumtaxat menſibus, alternis annis, videlicet
in Novembri, Januario & altero anno in Novembri tantum, quibus me-
ſibus Indulta nominationum Lovaniſibus conceſſa ſuos ſinem, & effectum
irrefragabiliter conſequentur, & hoc tempus computatur à media nocte illius
diei menſis, utque ad mediam alterius, *l. more Romano, de feriis.*

Sed qui ſi quiſpiam infirmus præbendarius, vel alius reſignet in favorem
moriatur in iſtis menſibus, admittatque Papa ejuſmodi reſignationem con-
rogatione Regulæ de Infirmis, & moriatur infra xx. dies & nominatur ob
at ab ordinario, uter ſit præferendus? Ardua quæſtio eſt, quam habes in ſua
partem latè diſcuſſam apud Auſt. Analyt. Commentarii ad regulam de in-
num. 130 ubi tandem reſolvit derogationem nihil operari, quominus nomi-
natio ſuos ſinem, & effectum conſequetur, quod & notavi infra ad reg.
Infirmis.

X. Illud quoque notandum eſt, primarias preces ſeu nominationes Imper-
toris, per quas S. Pontifex ſolet Imperatori noviter electo, ob ipſius bene-
rita, concedere facultatem nominandi perſonas ad beneficia Eccleſiaſtica op-
bul cumque collatoribus, & collatricibus beneficiorum per totum imperium
conſtitutorum, non includi, aut comprehendendi ſub concordatis nationis Ger-
manicæ, ita ut iſis cui preces conceſſæ ſunt, poſſit nominari ad beneficia in
libet menſe, ut patet ex textu Indulti dictarum precum, quod Commentarius
illuſtratum & editum brevi habebit Lector, ibi me, ſi lubet, videat in
verbi, cum in quibusvis.

XI. Notent denique noſtri Concives Leodien. præter concordata nationis
Germanicæ ſe habere concordatum ſpeciale Eugenii IV. Papæ & Pii II. con-
firmatum per Sixtum IV. de data anni 1479. Non. Jan. quo ſummi iſti Præ-
ob benemerita noſtræ Eccleſiæ Leodien. quæ jam inde à temporibus Apoſ-
olorum in pura pura fide B. Petri Apoſtolorum Principis aduſque in hoc ſæ-
gio tot licet hæreticorum procellis alioqui concuſſa, immota permaſit, &
riſque modis S. Sedem ſibi demeruit, & etiam nunc in avita fide ſub Ferdin-
do Bavaro optimo & laudatiſſimo Principe floret, conceſſerunt alternatim
menſium, ſicque multiplicatum habere Episcopum, & ſereniſſ. Principis
noſtrum privilegium alternativi menſis, abſque cuius expreſſione ſi laudatiſ-
mus D. N. faceret gratiam, non teneret, quia plura vincula fortiora ſuperano S.
affinitatis inſit. de nuptiis l. cum in adoptivis C. de adoptio. Hinc ſit, ut quando pro-
ra ſint obſtacula non ſufficiat clauſula generalis, ſed de ſingulis defectibus
bet fieri mentio, Balá. l. 1. num. 22. verſ. unum etiam ſcias, C. de ſurt. Felix. l. 1. num.
num. 21. verſ. quinta conſuſio, de reſcrip. Gonzal. ad Reg. de Altern. glo. 31. num. 91. ubi
ubi etiam ſcribitur indultum ad conferendum beneficia reſervata, non con-

ad beneficia reservata duplici reservatione, *Mandos. in praxi signat. grat. tit. In-*
stitutum conferendi beneficia reservata col. 2. Felii c. in nostra corol. 6. in fi. de Rescript.

GLOSSA XII.

Dispositioni sua generaliter reservavit) Sic vides quod reservatio hujus Regu-
 lę sit generalis, & generaliter facta, ut etiam tradit *Mohedan. decis. 12. &*
13. de privileg. Put. decis. 472. n. 6. lib. 2. in quibus decisionibus fuit resolutum quod
 indultum Regis Scotiae ad conferendum beneficia vacatura (exceptis genera-
 liter reservatis) non extenditur ad beneficia vacantia in octo mensibus Apo-
 stolicis per Reg. nostram reservata. Nam cum in Reg. apponatur ista dictio
 generaliter manifeste resultat quod Papa illius Auctor declarare voluit, quod
 reservatio non sit specialis, sed generalis, ut docet *Cassad. decis. 3. n. 1. super Regu-*
lis. Simonetta de reservat. q. 4. & noster Alphonfus supra reg. 1. licet alii contra cen-
suereint reservationem hanc esse speciale, non generalem; quorum opiniones &
argumenta satis elevat refutat q; Gonz. hic in gl. 30. per tot. Quę autē dicatur refer-
vatio generalis, quę specialis, quidq; inter utramq; distet, supra satis osten-
*dit. Qui sint autem effectus reservationis, notat inter alios *Etneas de Falcon.**
tractat de reservat. q. 4. principali, videantur q; quę scripti supra ad verba, aut ali-
quos sub Concordatis not. 1. & ad Reg. 1. n. 8. & seq.

ARGUMENTA IN GLOS. XIII.

- | | |
|--|---|
| <p>1. Papa non intendit præjudicare Or-
 dinatis Collatoribus in alternativa
 mensium; etiam in gratiamotus pro-
 prii.</p> <p>2. Regula hæc quod ad expressionem
 mensis, habet locum tantum in octo
 mensibus reservatis.</p> <p>3. Motus proprius licet tollat subrep-
 tionem non tamen supplet defectum
 intentionis.</p> <p>4. Ratio cur reg. hæc velit fieri dispo-
 sitivè mentionem mensis.</p> | <p>5. Gratia sustinetur etiam si dispositivè
 non sit facta mentio mensis, si con-
 stet ex aliquibus signis Papam volu-
 isse prævenire.</p> <p>6. Dispositivè mensis mentio facienda
 est, sive vacatio sit de jure vel de fa-
 cto solo: sive sit vacatio per obitum
 sive alia.</p> <p>7. Non facta mentione mensis dispo-
 sitivè, gratia est ipso jure nulla: quod
 limita ut ibi n. 7. & seqq.</p> |
|--|---|

R GLOSSA.

GLOSSA XIII.

N Volens in supplicationibus &c. de mense in quo vacaverint dispositive mentionem facere alioquin gratias esse nullas) Ratio hujus dispositionis est, ut Papa tunc in vacatione contingerit in mense reservato vel ordinario. Nam ordinariis collegiis in suis mensibus præjudicare non intendit *Put. decis. 53. n. 5. l. 2. & decis. 11. l. 3. Rota decis. 724. n. 6. p. 2. divers.* & sic Regula hæc quoad expressionem mensis habet locum duntaxat in octo mensibus reservatis. Unde provifus à Papæ beneficio vacante in mense ordinarii, non tenetur in supplicatione de mense mentionem facere ut fuit resolutum in una *Conchen. de anno 1543. per nos. Put. d. decis. 11. lib. 2. atq; ita sentit Nicol. Garcia tract. de benef. p. 5. e. 1. gl. ii. n. 657. quamvis Gonzalez in gl. 32. à n. 49. contrarium sentiat, nimirum, quod mensis expressio duntaxat necessaria in mensibus ordinariis, non autem in reservatis, ubi etiam non fuisse nuper decisum in una *Tarasconen. Canonatus 24. Maji 1602. coram D. Pamphilo, & allegat etiam decis. Acotamboni 70. alias 59. lib. 2. Sed falso inquit allegat, quia non loquuntur de beneficiis vacantibus in mensibus reservatis, sed de beneficiis aliis reservatis, ut de vacatione in Curia in qua non est necessaria mensis expressio ut fuit dictum in una *Neapolitana beneficii 14. Decembris 1558 coram D. Rubens, & quod dicitur de octo mensibus reservatis, ut in gratiis beneficiorum in illis vacantium debeat fieri mentio mensis vacationis, procedit etiam in sex mensibus alternatis Papæ quando Episcopus habet alternativam; nam illi surrogantur loco octo cum iisdem qualitatibus ut patet ex illa qua etiam dispositioni sua. Garcia d. loco n. 658. Sed & in gratiis motus proprii necessaria est mensis expressio ut probat noster textus, ibi etiam motu proprio, *decis. 4. n. 2. & decis. 9. n. 4. de privileg.* quia licet gratia motus proprii tollat limitationem, non tamen supplet defectum intentionis *Put. decis. 70. lib. 3. Achill. de decis. 10. de probat. Gonzalez. in d. gloss. 32. Volentes &c. n. 5. Rebuff. in Concord. supra forma mandati Apostolici in gl. verb. motu proprio cum ubi 47. effectus hujusmodi clausula & 77. imitationes. Nec hoc tantum, sed dispositive, ut habet reg. facienda est mentio mensis, hoc est simpliciter & affirmative, non per verbum ut asseritur, vel forsan, vel sic hac forma quod vacat vel vacavit de tali vel tali seu alio veriori mense: nam per hujusmodi formulas, seu narrativas liquere non potest Pontifici, an in suo vel ordinario mense vacatio contingerit *Rota decis. 575. n. 3. & decis. 700. parte 3. lib. 3. divers.* Quod intellige, nisi adsint aliqua signa ex quibus liqueat quod Papa vacaverit non obstantibus ejusmodi narrativis minus solemnibus præterea****

ut fuit decis. in una Eluen. beneficii 2. Junii 1604. coram R. P. D. Pegna adde not. Gonzalez
 hic gl. 5. §. 3. n. 24. Ampliatur 3. sive vacatio sit de jure, vel de solo facto: quia ad-
 huc est exprimendus mensis, Rota decis. 120. In causa lucana lib. 1. p. 3. diverso. Quin-
 etiam in gratia de beneficio, non solum de jure & de facto, sed etiam de jure tan-
 tum, puta si moriatur is qui habet solum jus alio existente in possessione, cum
 Regula loquatur simpliciter, & vera est vacatio quæ fit per mortem illius, qui
 habebat jus Milii in Repertor. verbo *obtinere*. Bellenz. de charit. subsid. q. 121. Nicol. Garcia
 d. p. 1. §. 11. n. 662. Denique non solum procedit hæc conclusio in vacatione per
 obitum, sed etiam in alia quacumq; vacatione, in qua intrat reservatio nostræ
 regutatis elicitur ex illis verbis quocumq; modo *vacatura*: quæ censentur postea re-
 petita quoad vinculum exprimendi mensem Cassad. decis. 6. num. 11. super Regula.
 Item decis. 8. num. 1. & 6. de Rescript. Rebuff. de Nominat. q. 5. num. 21. licet Gonzalez
 d. loco num. 31. dicat se vidisse, quod in Dataria admittantur supplicationes
 beneficiales de aliis vacationibus præterquam per obitum absque expressione
 mensis, & ideo forsan proximè interpretari Regulam nostram in solis vacatio-
 nibus per obitum & id annuere videri Mandos. de signatura gratia, tit. de provisio.
 res. Clausula de presenti mense. Cogitet tamen Lector prudens, quia esset
 magna restrictio Regulæ, & quod prima opinio quod sit exprimendus men-
 sis in quacumque vacatione, vera sit, sentit Rota in uno Tirafconen. Canonica-
 no 20. Masi 1620. quam quoque opinionem sequitur & probat Garcia d. §.
 n. 666.

Postremò, hæc conclusio ampliatur, ut non facta dicta expressione mensis
 gratia sit ipso jure nulla ut patet in textu: Nam illud verbum esse denotat nullita-
 tem ipso jure gl. in c. licet Canon. in si. verbo *privatus de elect.* in 6. gl. in l. amissione §. qui de-
 font, verbo *relegati in si. ff. de cap. minor.*

Limita r. dictam conclusionem, ut illa non procedat, quando beneficium 7
 non est reservatum vel affectum ex alio capite, quam ratione vacationis in men-
 se Apostolico.

Secundò, in gratia reformatoria, seu perinde valere facta à Papa de benefi-
 cio reservato.

Tertiò in beneficiis vacantibus per resignationem.

Quartò, limita ut procedat in gratiis Apostolicis; secus in gratiis seu provi-
 sionibus Episcoporum & aliorum Ordinariorum.

Quintò, nisi vacatio contingeret in mense ordinario, de qua supra dixi.

Sextò, vel si nullus esset provisor ab ordinario.

Septimò & postremò, fallit in gratiis per devolutionem. Atque has limitati-
 ones sigillatim argumentis & rationibus firmatas habes apud Gonzalez d. glo.
 p. 1. §. & seqq. & Nicol. Garciam d. §. 11. n. 668. & seqq. quos vide, si hoc sit ex
 tuo.

ARGVMENTA IN GLOS. XIV.

- | | |
|---|--|
| 1. Reservatio hujus regulæ excludit omnes consuetudines optandi majores præbendas. | 3. Facta derogatione privilegiorum personis concessorum, non censentur derogata privilegia concessa collegiis. |
| 2. Per hanc reservationem excluduntur privilegia & Indulta Apostolica in mensibus reservatis. | 4. Reg. hæc non omnino derogat ceteris consuetudinibus & privilegiis, sed duntaxat effectus illorum suspendit. |

GLOSSA XIV.

○ **A**C consuetudines etiam immemorabiles optandi majores Quandoquidem nonnullis Ecclesiis ex Indulto Apostolico leu consuetudine immemorabilis rat consuetudo optandi majores & pinguiore præbendas vacantes in quibus cumq; mensibus reservatis, reservatione generali non obstante Alexander Mores tract. de Opione Canon. c. 3. q. 3. n. 105. per not. Calder. consil. 3. de Consuet. per tot. hinc cessario excludi debuerunt ejusmodi consuetudines, Indulta & privilegia Apostolica optandi pinguiore præbendas, ita quod talis optio profusus cessare debeat in vacationibus in octo mensibus reservatis contingentibus: nam omnis reservatio, saltem quæ proprio motu fit, & non ad instantiam partis (sicut hac Reg.) impedit optionem c. fin. §. in præb. de consuet. in 6. Rota decis. 4. de consuet. in No. Gonzalez gl. 34. ubi plura cumulat, de consuetudine optandi, parum reservationis materiam tangentia quibus adde quæ peculiari stylo exaravit. Al. Moneta in suo doctiss. tract. de optione Canonica c. 3. q. 3. & passim. Quemadmodum autem excluduntur à reservatione hujus Reg. consuetudines immemorabiles optandi majores & pinguiore præbendas; ita etiam privilegia & indulta Apostolica circa dispositionem beneficiorum in mensibus reservatis penitus tolluntur: nec suffragari possunt adversus hujus Reg. reservationem ut ex illius contextu patet in verbis nec non privilegia, id quod latè probat Nic. Garcia in de benef. parr. 5. c. 1. §. 11. n. 677. & seqq.

I. Extenditur etiam si voluisset Pontifex dictorum privilegiorum & indultorum auctor ea nunquam comprehendi sub ejusmodi reservationibus, etiam cum quibusvis derogatoriis derogatoriis clausulis, ut patet ibi in reg. Aut quod illa sub hujusmodi & c. de quarum elatularum vi & energia vide Gonzalez gl. 34. per tot.

II. Extr-

II. Extenditur, etiam si hujusmodi privilegia essent concessa in generalibus terminis, nimirum quibuscumque personis, ut habetur in textu. Tamen cum alias facta derogatione privilegiorum personis concessorum non censeantur derogata privilegia concessa collegiis, cum personarum appellatione, collegia & universitates non veniunt Roman, consf. 195. incip. In casu premissis n. 3. & consf. 400. 3. Quarta n. 4. & consf. 436. quod indultum n. 1. 2. & 3. ideo necessarium opus fuit speciali derogatione privilegiorum collegiis concessorum, ut recte tradit Moneta d. c. 3. & Gonzalez hic gl. 37. ubi praedictam Reg. multimodis limitat.

III. Extenditur etiam si ejusmodi privilegia & indulta sint concessa viris cuiuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis, conditionis, ut patet per textum huius Regulae, cuiuscumque dignitatis &c. à quibus tamen excipie personas numeratas supra in gl. verbi Quorumcumque, Collatorum &c.

Adverte postremo, quod Regula nostra non omnino derogat dictis consuetudinibus & privilegiis, sed dumtaxat effectus illorum tollit & suspendit, sic quidem ut cessante Regula ista per obitum Papae, Sede Apostolica vacante, talia privilegia & consuetudines reviviscant, & illorum vigore erit locus provisioni cum remotum sit obstaculum & impedimentum Simon. de refer. q. 58. n. 13. & Paris. in consf. 18. n. 7. & 8. lib. 4. qua de re latius scripsi supra in prooemio in gl. verbi. statim capiunt ligare n. 19. Nam sicut reservatio est limitata ad octo menses, & ad vitam Papae, ita etiam derogatio & obstaculum illius limitatum habet effectum per annum s. ante omnia ff. de pact. Mandos. ad reg. 4. q. 5. n. 4. Atque haec tenus dictum sit de primo huius reg. membro. Veniamus nunc ad secundum, quod tractat de Alternativa, quae conceditur Episcopis, Archiepiscopis, & Patriarchis residentibus.

ARGUMENTA IN GLOS. XV.

- 1. Quibus personis alternativa conceditur.
- 2. Alternativa dictio excludit omnes alias personas & casus similes.
- 3. Alternativa conceditur verè tantum residentibus.
- 4. Absens non habetur pro residente nisi in casibus à jure expressis.
- 5. Episcopus absens tribus mensibus ipsa concessis pro recreatione, an interim gaudeat alternativa.
- 6. Cui incumbat onus probandi alternativam per Episcopum &c. acceptatam; item beneficium esse liberæ collationis, item Episcopum reledisse tempore vacationis.

R 3 GLOS.

IN *super sanctitas sua*) Adverte imprimis, quod per alternativam mentem, qua hic, conceduntur Patriarchis, Archiepiscopis & Episcopis, quidam constantinensi residentia, sex menses alternativè inter illos & Papam dividendos: ergo concedit Capitulis vel Archidiaconis vel aliis inferioribus collatoribus quibus jus competit conferendi beneficia ex privilegio statuto, vel contumidine propter verbum taxativum hic insertum & *ipsis dumtaxat*: cuius natura est ut excludat alias omnes personas & casus similes *Jaf. ad l. i. n. 18. in fi. ff. de imp. & Pupill. Jaf. in l. omnibus n. 9. ff. si quis jus dicenti non optemp.* & quod alius intentionibus non competat alternativa, tenuit Rota in *una Beventana Beneficiorum* 14. Decemb. 1600. coram D. Cocino. Unde non habebit locum in Capitulo Sede Episcopali vacante, ut in *una Segobien. Canonicatus* 24. Novemb. 1588. coram Illustri. Card. Plato. Unde stante hodie tenore hujus Reg. cessant decem Achilles de Gribis 3. de *Præbendis* Put. 88. lib. 3. & Rota divers. lib. 3. part. 3. decis. 11. dicentes, quod Capitula Cathedralia gaudere poterant alternativa mensium, ut ait Gonzalez ad hanc Reg. gloss. 42. in pr. Caterum, notes alternativam hanc concedi Episcopis &c. (quorum alioqui appellatione veniunt Patriarchæ & Archiepiscopi cap. *cleros s. omnes autem* 21. dist. gloss. singularis per text. ibi in cap. quia periculosum verbo de *Episcopis de sent. excommu. in 6. ubi Franc. num. 2. & alii*) quamdiu fecerint residentiam verè & personaliter, & sic veram personalem & actualem residentiam requirit hæc Regula: ergo non fictitiam admittit, quæ est cum Episcopus ex justa causa absit: quia licet revera absit, tamen ex tali causa præsens esse censetur c. & parte 2. ad *audientiam in fin. de cler. non resid. c. unico eod. tit. in 6. quod secus est teste Gonzalez hic*, quando per statuta vel constitutionem requiritur præsentia alicujus: quia tunc intelligitur de vera præsentia, non de ficta Bald. in l. 1. n. 54. C. qui admitti &c. Bart. in omnes populi, num. 62. ff. de *just. & jure*, licet in alternativa Pii V. & Sixti V. Gregorii XIII. sufficeret ficta: quod in ea non adesset verbum verè sed dumtaxat, quamdiu resederint, quamdiu personaliter resed. tamen à tempore Sixti V. dicitur verè ac personaliter, & proinde cum requirat hæc Regula residentiam veram & personalem, sequitur quod ficta non possit, & quod absens ex justa causa, & ad modicum tempus quamdiu absit non potest frui alternativa in beneficiis de tempore talis absentia vacantibus: & consequenter dispositioni Apostolicæ sint reservata: maxime quia absentiam quam habetur pro residente in casibus à jure expressis Mand. in Reg. 7. n. 3. num. 9. Alex. Moneta tract. de *Optio. Cano. cap. 3. q. 3. conclus. 5. n. 79.* Unde iurisdictionem tollit eodem Gonzalez in *una Salmantina Canonicatus* 20. Junii 1572. coram

Ordinario, quod Episcopus absens tribus mensibus sibi permissis recreationis
 nulla animo redeundi, non gaudebat alternativa, & in una Eluen. beneficii 22.
 Martii 1599. coram Illustriss. Card. Mellino in qua fuit dictum Episcopum qui
 plurimum non residet in suo Episcopatu, sed ad tempus cum animo receden-
 di, non gaudet alternativa in beneficiis tunc vacantibus cum residet. Licet
 sine Rotæ opinionem non prober Nicol. Garcia tract. de beneficiis p. 5. c. 1. §. 12. n.
 107. & seq. Nam Reg. nostra requirit veram & personalem & actualem præsen-
 tiam, ut fuit dictum in una Virgelen. Canon. 7. *Masi coram Illustriss. Blancher.* quod &
 alio præjudicio confirmat doctè & solidè idem Gonzalez d. gloss. 43. n. 41. vers.
 sine verissime, quem etiam vide si usus postulat n. 87. & seq. ubi quærit & latè dispu-
 tur an incumbat onus probandi proviso ab Ordinario, qui tanquam actor agit
 ad excludendum provisum Apostolicum, non solum alternativam, per Episco-
 pum esse acceptatam, & beneficium esse liberæ collationis, de quo infra, sed
 etiam personalem residentiam Episcopi in sua Cathedrali Ecclesia vel Diocesi
 de tempore vacationis, ubi tandem n. 92. concludit pro affirmativa. An autem
 Episcopus gaudeat alternativa, si in principio tantum mensis non resideat vel
 non cederit in mensibus Junii & Decemb. qui semper sunt ordinarii, etiam
 sine alternativa, vide eundem n. 115. 135. qui etiam resolvit pro affirmativa: qui-
 bus rationibus & argumentis videto; ut & Nicol. Garciam d. tract. de benef. p. 5. c.
 1. §. 11. n. 692. vide quoq; Anast. Germon. tract. de Indult. Card. §. Volumus ausum num.
 5.

ARGUMENTA IN GLOS. XVI.

Beneficia non liberæ collationis sed
 simultaneæ vacantia in mense A-
 postolico non sunt reservata.
 1. Alternativa non intrat in beneficiis
 que non sunt liberæ collationis.
 2. De pre cumuni proviso præben-
 datum & dignitatum in cathedrali-
 bus non est libera, sed simultaneæ E-
 piscopi & capituli.
 3. In collegiatis vero electio seu præ-
 latio præbendarum & dignitatum
 spectat ad Prælatum & Capitulum.

5. Consuetudine, præscriptione, vel
 statuto introduci potest, ut beneficia
 sint liberæ collationis, & e contra.
6. Quando est beneficium simultaneæ
 collationis, Episcopus sine Capitulo
 non confert, nec e contra.
7. Qualiter sit attendenda quasi pos-
 sessio conferendi ad effectum, ut lo-
 cus sit alternativæ.
8. Materia turnorum discussa apud
 Garciam.

GLOS.

GLOSSA XVI.

De omnibus & quibuscumq; beneficiis cum cura & sine cura, secularibus & regularibus, ad liberam ipsorum duntaxat &c. Repetenda sunt pro explicatione huiusmodi ubi videbis quæ beneficia & quibus casibus includantur sub reservatione: scilicet: si sunt in eisdem casibus conceditur alternativa præterquam in beneficiis non sunt libera collationis, cuiusmodi sunt beneficia quæ per Episcopum conferuntur cum Capitulo vel aliis, vel de iis providet ad præsentationem seu electionem, vel de consilio, consensu, interventu, vel alias ipsorum Capitularum, aut aliarum quarumcumq; personarum: nam in talibus beneficiis non datur alternativa, sed de iis debet provideri in quatuor mensibus ordinariis, Martii, Junii, Septembris, & Decembris, perinde ac si alternativa acceptata non esset, ut præter Jo. Petrum Monetam tract. de optione canonica c. 3. q. 3. n. 88. docet Gemino glo. 45. ubi passim ostendit, quod de iure communi privilegio præbendarum, & dignitatum in Cathedralibus, non est libera, sed simultanea Episcopi & Capituli, nisi sint inferiora beneficia, quæ non sunt de corpore capituli: quia quomodolibet beneficia totus Episcopus confert, etiam sine consensu vel consilio Capituli, ut notat Ab. post Inno. & alios in c. cum Ecclesia Vulturna 13. n. 8. vers. in verbo membro de elect. Pavinus de officio & potest. capituli p. 1. q. 8. n. 8. Cassad. decis. 22. n. 2. præb. In inferioribus verò collegiatis, electio seu præsentatio præbendarum dignitatum spectat de iure communi ad Prælatum, & Capitulum ipsius Ecclesie Collegiatae. Cassad. d. decis. 22. n. 3. de præb. Put. decis. 135. incip. die 29. Aprilis l. 1. ad reg. 18. q. finali n. 3.

Et licet de iure communi res ita se habeat, tamen consuetudine, præceptione, vel statuto, potest contrarium introduci, videlicet quod vel ad solum Episcopum sine Capituli consilio, consensu, vel interventu, seu alio ministerio spectet, ut in cap. ex frequentibus de insti. vel è converso ad solum Capitulum ut in cap. ex parte de concess. præb. c. Cumana 50. ibi gl. verbo consuetudine de elect. Cassad. decis. 21. n. 1. & 3. de concess. præb.

Deniq; notandum obiter, quod quando est simultanea collatio Episcopi & Capituli, si Episcopus confert uni, & Capitulum alteri, neutra collatio valet, quia ad invicem sese impediunt teste Gemina in cap. à collatione n. 4. de appellat. in 6. Francus ibid. num. 1. vers. eo tamen casu, Navar. cons. num. 3. de istis quæ sunt à magis parte Capituli, & cons. 36. num. 2. de Regal. Verum, de prædictis statutis, & consuetudinibus, quæ aliquando disponunt ut collatio solum spectet ad Episcopum, aliquando

aliquando ut exercitium conferendi dividatur per menses, vel hebdomadas, vel terminos inter Episcopum & Capitulum, & an stante ejusmodi divisione, Episcopus qui accepit alternativam, gaudere possit illa in sex mensibus per regulam hanc concessis vide Gonzalez glo. 45. §. 1. per tot. & §. 2. in quo §. latissime tractatur qualiter sit attendenda quasi possessio conferendi ad effectum ut intret alternativa, & in §. 3. d. glosse, in quo prolixè exequitur materiam turnorum, quibus addenotata per Nic. Garciam tract. de benef. p. 5. c. 1. §. 12. n. 707.

ARGVMENTA IN GLOS. XVII.

- 1. Libera non est illa collatio quæ debet fieri cum alterius consilio, vel consentia.
- 2. Verbum, libera, denotat potestatem faciendi actum sua sponte, & irrequisita alterius voluntate.
- 3. Libera non dicitur collatio si sit expedienda cum consensu Capituli.
- 4. Cum statutum vel alia dispositio prohibet aliquid fieri sine interventu alicujus, satis erit illius presentia, etiam si non consentiat, vel consulari fieri.
- 5. Presentia excludit fraudem.
- 6. Quid si is qui intervenire debet electioni nolit consentire.
- 7. An presentia vel consensus in dubio præsumatur intervenisse.

GLOSSA XVII.

Et etiam eum consilio vel consensu seu interventu Capitulorum vel aliorum aut aliarum personarum. Hic ostendit Pontifex liberam non esse collationem quæ debet fieri cum alterius consilio, vel consensu: verbum etiam libera denotat potestatem faciendi actum sua sponte, & irrequisita alterius voluntate, c. 1. de rescript. in §. verb. ut liberè c. 2. ibi gl. & DD. verbo liberè de jure patron. Gozad. conf. 58. n. 2. & conf. 59. n. 3. & conf. 11. n. 11. Menoch de arb. jud. lib. 1. q. 70. n. 33. ubi igitur libera erit collatio potestatis exerceri sine cujusquam consilio, text. in c. 2. in §. verbo liberè de arb. in 6. Tirag. in l. unquam verb. revertatur n. 135. de Revoc. donat. & multò magis sine alterius consensu: cum majoris sit effectus consensus, quam consilium: quia consilium sufficit petere, & sequi non est necesse, ut latè ostendit, & fuit hanc consilii & consensus materiam tractat idem Gonzalez glo. 47. 48. Insuper non erit libera collatio ad effectum ut intret alternativa hujus Regula, si illa sit expedienda cum interventu, seu presentia Capituli. In quo notandum presentiam qui- dem, & interventum importare scientiam, & intelligentiam, non tamen consilium.

GLA
RIVNA
TARVA
VLAS
ARLES
BLICA
EIP...
I...

lium, vel consensum: unde cum statutum, vel alia dispositio prohibet aliquid fieri sine interuentu alicujus, factus erit illius presentia, etiam si non consentiat, vel consulat id fieri, nec ab eo erit petendum consilium, vel consensus, Bald. in *l. in ista Divus n. 2. vers. Et nota quandoq. Et c. de adoptio. Franc. Aretinus in l. si quis in l. coram not. r. de acq. hered. Nec refert, frustra videri presentiam, si presentis non habeat consentire: quia hoc saltem commodi ex presentia oritur, ut a Curia in majori deliberatione, maturitate & utilitate, fraudis etiam & doli exclusionem expediat, Tiraque. *tr. de leg. connub. gl. 6. n. 32. in fi.* Quod si illi qui consentire debent, & interuenire habent, nolint ista subire, poterunt compelli, ad ieiuniorior, qui illis mandat; quibus rursus recusantibus, si perierit consentire, non nient; aliusve pro eo ex ipsius mandato, *l. cum non solum §. necessitate C. de in qua lib. Felii in c. cum venerabilis n. 33. de exceptio. Lambertinus de Jure patro. lib. 1. p. 1. art. 20. per tot.* talique casu actus perinde tenebitur ac si consensisset vel interuenisset, ut late tradit Tiraque. *de leg. connub. gl. 8. n. 20. cum seqq.* An autem in delib. presentia vel consensus presumatur interuenisse, vide late Menoch. *lib. 6. de proptionum.* Postremo notandum, liberam non esse collationem, nedum si consensus, consilium, presentia, &c. ut supra dictum est interuenire debeat, sed etiam quocumque alio modo ministerium alicujus, vel iussus superioris interuenire debeat, aliisve modis quos obiter proponit Gonzalez. *hic gl. 49. per tot.**

ARGVMENTA IN GLOS. XVIII.

1. Vis & potentia vocis *in antea*, in hac duntaxat in gratia concessionis altera
Reg. expresse. tiva.
2. Beneficia aliis reservata non inclu-

GLOSSA XVIII.

S *De in antea mensibus Februarii, Aprilis &c. extra Curiam ipsam vacare conuenit.* Propositis quibusdam obicibus qui impediunt alternativam, subiicit PP. quod Episcopo gaudente alternativa, is habeat electio sex menses ad conferendum vigore illius beneficia quæ in antea vocare conueniunt *in antea*, id est, in futurum, in perpetuum, in posterum *cap. ego N. in p. de iurejurando, cap. clerici Placentini 19. in p. verbor. significat.* Quod autem dicitur extra Curiam, intellige, quod alternativa concessa duntaxat intelligatur, quæ

quoad beneficia extra Rom. Curiam vacantia; non verò quoad illa, quæ in Curia vacaverint: cum ista beneficia sint alio diverso vinculo à Reg. nostra reservata, & beneficia aliàs reservata non includuntur in gratia concessionis alternativæ, ut Regula præfens declarat, latiusq; scripti suprà in glo. verbi extra Romanam Curiam, gl. vi. & gl. xii. verbo volens in supplicationibus &c. ubi allegavi de electionem in una Neapolit. beneficii 14. Decemb. 1558. ex Nic. Garcia tract. de Ben. p. 1. §. 9. gl. n. 1. &c.

ARGUMENTA IN GLOS. XIX.

- 1. Beneficia aliàs reservata non cadunt sub reservatione hujus Reg.
- 2. Beneficia affecta ab hac Reg. quoq; excipiuntur.
- 3. Differentia inter affectionem & reservationem.
- 4. Papa ubi semel manus apposuit, ceteris affectio, & inferiorum manus ligantur.
- 5. Id imitatur remissive.

GLOSSA XIX.

Ummodo alias dispositioni Apostol. reservata vel affecta non fuerint. Diximus suprà in prima parte Regulæ in verbo extra Romanam Curiam, beneficia reservata cadere sub reservatione primæ partis Regulæ. Idem dicendum esse quoad secundam illius partem, alternativam videlicet Episcopis concedentem, aperuerunt verba evincunt. Casus autem in quibus intrat reservatio præter istam Regulam, supra sigillatim recensui ad Regulam primam. Nunc superest ut de beneficiis affectis, quæ etiam excipiuntur & excluduntur ab alternativa mensuramus. Beneficia affecta distare à reservatis satis innuit ipse textus: nam reservatio respicit actum verbalem, & expressum, ut si Papa per constitutionem, aut verbo dicat, reservamus, dicitur Reservatio: Affectio verò respicit actum realem & factum, ex quo tacita reservatio oritur: ut cum Papa apponit manum super dispositione alicujus beneficii; etiam si provisio fuerit nulla utpote facta inabili, incapaci vel propter subreptionem, aut alium defectum Simonetta tract. de reservat. q. 4. nam tunc dicitur affectio, ita ut omnes inferiores amplius se intromittere non valeant, ut declarat An. de Falcon. de reservat. preliud. 3. per tot. Man-

Hinc dicitur quod affectio Papæ inducatur seu resultet ex commenda, vel uni-

S 2

CLA
RIVIN
TARU
VLAS
ARLES
LICE
TIPIC KRETL

unione ad vitam, vel ex mandato de providendo, vel ex decreto appositum per Papam de dimittendo, vel ex praeventionione collationis nulla, vel ex renunciatione facta in manibus Papae, vel ex manus appositione super electione. Huiusmodi dicuntur beneficia esse affecta Papae, nec super iis manum apponere potest inferiores, ut notat, latiusque explicat Gonzalez hic in gl. 52. per tot. qui quoque quot notandas limitationes m. 38. & seqq. lectori studioso aperit, per quem unus appositio papae inferiorum manus non ligabuntur: cui adde Nicolaum Garciam in suo copioso tract. de benef. part. 1. c. 1. §. 2. per tot. & Simonettam tract. de serv. q. 78. per tot.

ARGUMENTA IN GLOS. XX.

- | | |
|---|--|
| 1. Episcopi conferentes beneficia reservata vel affecta, ipso iure sunt privati usu & beneficio alternativa. | 5. Insinuatio privationis non est facta da Episcopo beneficia reservata, vel affecta conferenti, limita ut ibi. |
| 2. Privilegium amittere meretur, qui permilla sibi abutitur potestate. | 6. Episcopus licet privetur alternativa qui contulit beneficia reservata, vel affecta, non tamen privatur quantum suis mensibus. |
| 3. Verba Regulae, eo ipso, important privationem a lege ipso iure, & latae sententiae. | 7. Egressus unius operatur ingressus alterius. |
| 4. Poena imposita ipso iure qua consistunt in mera privatione & non requirunt aliquam actionem positivam, incurruntur absque aliqua executione vel sententia. | 8. A remotione unius contrarii, sequitur positio alterius. |

GLOSSA XX.

Ac etiam voluit ut supsi in collatione benef. sibi reservatorum vel affectorum (sicut scribitur in c. usu & beneficio d. facultatis eo ipso privati existant. Ecce Pontifex dum mensium alternativa Ordinariis illam acceptare volentibus, alios sex menses sibi reservat, videlicet, Ianuarium, Martium, Majum, Julium, Septembrem, & Novembrem: quod si Episcopi beneficia in istis mensibus vacantia contulerint, etiam impedimentum praestiterint, quo minus provisiones & gratiae laicorum de illis debitum effectum consequantur, sint ipso iure privati usu, & beneficio dicta alternativa; & merito. Nam meretur amittere privilegium qui permilla sibi abutitur potestate c. privilegium. q. 3. c. fin. de rescript. l. qui sine 38. ff. de neg. gest. c. de decis. 13. num. 3. de privileg. Quae dispositio ampliatur primo, ut obineat etiam

olum se intromiserit Episcopus in provisione, ut habetur in textu. II. ut nulla sit opus sententia, sed iplo jure statim post contraventionem privatus existat dicta alternativa. Nam Reg. verba eo ipso important privationem a lege iplo jure & late sententia absq; ministerio alio, gl. in e. quam sit verbo eo ipso de Electio. in 6. ubi Germania in §. electus n. 3. Abb. e. si diligenti n. 8 in si. de foro comper. textus & ibi gl. in clem. fin. verbo eo ipso, de prebend.

Nam pena imposita iplo jure, seu iplo facto quæ consistunt in mera privatione, & non requirunt aliquam rationem seu executionem positivam qualis est pena, de qua hic, statim incurruntur absq; aliqua executione vel sententia cap. Rodolphus num. 35. de Rescript. & propterea cum sint privati usu seu quasi possessione conferendi in sex mensibus vigore dictæ alternativæ, non erit necessaria aliqua intimatio privationis, seu revocationis, ut in terminis tradit Crescent. decis. 11. num. 3. de Privileg. Felii, in e. ex parte Decani num. 21. in si. vers. fallit undecimo & c. 2. num. 1. de sponsal. Imò nec aliqua declaratio incurtus privationis, ut resolvit rejecta contraria sententia, Gonzalez, in gl. 56. n. 119. & seqq. Nic. Garcia d. §. 12. num. 748.

Quod limita primò, nisi Episcopi contraventio, esset admodum notoria, & clara: quia tum esset necessaria judicialis declaratio, & citatio, & causæ cognitio c. cum secundum leges §. confiscationis de heret. in 6. glo. in e. quam sit verbo eo ipso de electio. in 6. Tiraq. in leg. si unquam, verbo revertatur num. 398. C. de revo. lomat.

Limita secundò, nisi Episcopus contraveniens habuerit justam, seu coloratam causam ignorantie, vel excusationis ad providendum beneficia reservata, id quod multimodis exemplificat Gonz. in d. gl. 56. n. 128. & seqq. diversisque rationibus & decisionibus firmat Nic. Garcia tract. de benef. p. 5. cap. 1. §. 12. & n. 752.

Limita tertio, quod quamvis Episcopus privetur alternativà, ratione dictæ contraventionis, non propterea privatur suis quatuor mensibus ordinariis, videlicet Martii, Junii, Septembris & Decembris, ad quos statim Episcopus restituitur, & Papa ad reliquos octo menses prout prius ante acceptationem alternativæ, ut tradunt in terminis Anton. Augustinus in suo repertorio, verbo alternativæ de benef. 21. incip. scripsi alias n. 2.

Porro quod subjicitur in textu, quod collationes & aliæ dispositiones illius (alternativæ scilicet) prætextu deinceps faciendæ, erunt irritæ, & nullius momenti, si se intromiserint in beneficiis istis S. Sedi reservatis, rationem habet, quia sublata alternativà intrat reservatio, quoad menses Februarii, Aprilis, Augusti & Octobris, qui semper sunt Apostolici alternativæ cessante, ut hæc Reg. declarat, & egressus unius operatur ingressum alterius, c. cum renuntiatur 22. q. 1. l. 1. §. illud, sciendum ff. de separat. & à remotione unius contrarij, sequatur positio alterius, l. si pupillus §. si instituta ff. de instir. actio eruntque ejulmodi

GLA
RIVNA
TARU
VLAS
ARLES
LIGR
EIP...
T...

modi provisiones nullæ ipso jure, ut in auth. *Sacramenta puerum* in fi. C. si aliter vend. l. non dubium in fi. C. de legibus: ideoq; licet jam de facto factæ fuerint præterea alternativa, tamen de jure non subsistunt: nam ut provisio seu collatio valida non sufficit si solum de facto fiat, ut est text. in c. si beneficia 20. ibi de factis collationibus præbend. in 6.

ARGUMENTA IN GLOS. XXI.

1. Alternativa acceptatio quæ dicitur.
2. Alternativa acceptata durat usq; ad obitum Papæ, vel Episcopi illam acceptantis.
3. Forma acceptationis quæ?
4. Per patentes literas debet fieri acceptatio alternativa, non per secretas cum illa majorem fidem quam ista merentur.
5. Patentes literæ debeant propria manu Episcopi subscribi.
6. Subscribens approbat omnia contenta in scriptura.
7. Literæ patentes acceptationis, debent esse munitæ sigillo acceptantis.
8. Acceptatio alternativa fieri debet in propria diocesi acceptantis illam.
9. Episcopus extra propriam diocesim voluntariam jurisdictionem exercet.
10. Literæ patentes acceptationis alternative sunt transmittendæ ad Datarium Sæcristiæ.
11. Debent recognosci literæ acceptationis per Datarium.
12. Necessaria non est literarum expedicio alternative acceptata.
13. Episcopi tunc incipiunt gaudere alternativa acceptata, quando literæ patentes acceptationis recognoscantur.
14. Acceptans alternativam, ea gaudet etiam ante scientiam recognitionis.
15. Episcopus qui ignoravit alteram fuisse Romæ acceptatam, an possit acceptare in suis quatuor mensibus.

GLOSSA XXI.

Illi verò qui gratiam alternativa prædicta acceptare voluerint. Acceptatio alterna nihil aliud est, quam mentis & voluntatis declaratio. *Rot. decis. 19. in præb. in no. & decis. 19. eod. tit. in Antiq. Covar. 3. Par. 6. 16. n. 4. vers. quorum opinio.* Libera est, & voluntaria, ideoq; nemo invitus illam acceptare tenetur, cum in gratia, quæ invito non tribuitur. *l. invito 69. ff. de reg. jur.* prout sunt multi Episcopi qui illam non acceptant propter onera, præsertim residentia, quæ hic requiruntur, ut in verb. *quamdiu apud Ecclesias aut Dioceses suas &c.* de qua re ante scriptum est in præb.

partis acceptata autem alternativa durat usque ad obitum Papae vel Episcopi illius acceptantis ut diximus supra 3. notabili in gl. aut aliorum sub Concordatis nec licet ab illa recedere: quia acceptatio est mensium commutatio, seu permutatio, & quidem quasi contractus inter Papam & Episcopum Garzani p. 5.6.1. n. 783. Acceptationis potro forma haec est.

I. Ut per patentes literas fiat, ut hic in textu doceretur: sunt autem literae patentes, quae non continent sigillum, clausuram, seu ligaturam talem, sine cujus sublatione aperiuntur, aut legi possunt. hac consultiissima cum ibi not. C. de Testam. suntque majoris ponderis, fidemque majorem merentur, quam clausulae rext. in c. patentibus literis vbi Hostien. n. 1. de privi. An. de but. ibid. n. 7. Roma decis. 20. de probat. in antiq.

II. Eiusmodi literae debent propria manu Episcopi acceptantis subsignari, & subscribi: cum subscribens approbet omnia contenta in scriptura, perinde ac si totam conciperet §. r. insit. de empto. & vend. l. emptor §. Lucius de pact.

III. Et ipsius sigillo muniti, siue magno, siue parvo, perinde enim est, cum sigillum denotet perfectionem actus Bald. in l. contractus n. 5. de fide instru. magni quoque illi robur praestet c. 2. ubi Abb. n. 14. de fide instrum.

IV. Ut haec omnia fiant in Civitate, vel Diocesi acceptantis dictam alternativam, ut etiam in textu hic statuitur, quod est contra juris communis dispositionem, cum Episcopus possit extra suam Diocesim voluntaria jurisdictionem exercere & beneficiorum collationem facere, rext. in c. post election. de concess. praeb. c. qua fronte de appell. Covar. 3. Var. c. 20. Boetius Epo juris Antecessor in Academia Duacena in re de vita & honest. cler. c. 15. n. 97.

V. Ut literas ad Datarium suae Sanctitatis transmittere teneatur, ut hic in textu docetur, siue per nuncium expressum, siue per curialem ordinarium: satis enim est, si mittat ejusmodi literas ad agentem in Curia, ut literas praesentet Illustriss. Datario: quia ex tali transmissione, resultabit etiam mandatum, ut multis probat auctoritatibus Gonzalez hic gl. 62.

VI. Et postremo, ut ejusmodi literae transmissae, sint per Datarium receptae, & recognitae, ut hic in textu habetur, de qua recognitione fidem faciat ille Illustrissimus Datarius suo Authografo, aut subscriptione, satisque erit ad effectum hujus Reg. recognitio, cum non requiratur literarum expeditio per hanc regulam recognitio, ut tenet Gonzalez rejecta contraria opinione in glo. 62. ubi quoque formulam acceptationis subjicit: quibus rite expeditis tunc demum subijcet Pontifex, & non antea uti incipiant gratia supra dicta. In quo notes d. tionem Tunc, quae facit includi diem recognitionis ab eodem momento, quo literae patentes acceptationis recognitae fuerunt, ut ex illo momento Episcopus acceptans incipiat uti alternativa l. hujusmodi 64. ff. de verb. oblig. Gomez. §. sursum num. 16. Insit. de actio. Tirag. de Betrag. lignag. §. 1. gloss. 11. num. 39. etiam ante

GLA
RIVIN
TARU
VLAS
ARLES
LICE
ET DE P... T...

ante scientiam recognitionis Gonz. gl. 65. n. 20. Porro de modo acceptationis alternativæ, cumulat multa Nic. Garc. tr. de ben. p. 5. c. 1. §. 12. n. 762. Et sequi ubi tractabile quæstionē hanc examinat an Episcopus qui ignoravit alternativam fuisse Romæ acceptatam validē possit providere in suis quatuor mensibus? & revocavit illos cessare, & effectualiter illi competere alternativam; quibus argumentis & rationibus consulat illum dicto loco lector.

ARGVMENTA IN GLOS. XXII.

1. Clausula, *sublata aliter iudicandi, & interpretandi facultate*, comprehendit omnes iudices quavis auctoritate fungentes.
2. Dicta clausula comprehendit quoque futuros iudices: & quodcumque iudicium etiam possessorium summariissimum.
3. In quacumque instantia potest dicta clausula apponi, & quodcumque

GLOS. XXII.

Decernentes in prædictis omnibus per quoscumque, &c. iudicari debere. Clausula ista continet in se aliam clausulam, hanc videlicet: *sublata aliter iudicandi, & interpretandi, & diffiniendi facultate*. Quæ tantæ est efficaciam, ut comprehendat omnes iudices quavis auctoritate fungentes, etiam S. R. E. Cardinales & Rom. Audientes Mandos. de monitor. q. 60. n. 4. in verb. sicq. super quoscumque iudices Rebuff. ad Concordat. forma & irrevocabili concordatorum stabilitate vers. Octavo vult. Iudices. Imò etiam errantes, Marchesanus tr. de commissio. i. p. tit. de commiss. appell. c. 6. n. 2. & omnes futuros quoscumque iudices Mandos. d. tract. & quæst. num. 4. etiam si lis sit super iudicio in possessione summariissimo manutentionis, ut fuit resolutum in una Cæsar. dilutione 13. Martii 1596. coram R. P. D. Jusso. Denique extendit dictam clausulam, ut de ea possit quodcumque & in qualibet instantia apponi: cum sit impedimentum reale, adimens inferiori jurisdictionem, & reddens ipsam ad iudicandum, & procedendum inhabilem, ut fuit decisum in una Calagur. causatione 9. Junii & 1. Julii 1592. coram R. P. D. Pegna, in qua etiam decisione dictum fuit non solum omnia acta, gesta, post oppositionem dictæ clausulæ, nulla esse iure, sed etiam illa, quæ gesta fuere ante oppositionem illius, adde Jo. de An. p. 1. dicit. ad specul. tit. de sententia §. juxta num. 5. in glo. verbi, Et est. Quæ tamen limita parte Opponente: quia tunc dicta clausula sublata nihil operatur, nisi

licentia denegatur per doctrinam Bart. in l. 1. §. sublata num. 2. ff. ad Trebell. ibiq. ff. num. 1. & 2. & seqq. alias limitationes sumere poteris ex Gonzale in glo. 66. n. 11 & seqq.

ARGUMENTA IN GLOS. XXIII.

De effectu decreti irritantis.

GLOSSA XXIII.

A C irritum) De vi, ac potentia Decreti irritantis scripsi, supra, in glo. verbi aut aliorum sub concordatis, Notabili 1. & 4. n. 18. quæ hic non repero, quibus adde Gabrielum commu. conclus. tit. de clausulis conclus. 3. ubi duodecim colligit effectus Decreti irritantis & Nic. Garciam tr. de ben. p. 5. c. 1. §. 9. per tot.

ARGUMENTA IN REG. VIII.

INNOCENTII.

- 1. Ratio Apostolica de qua constat in verbo, valet, etiam si scriptura super ea confecta non sit.
- 2. Supplicationi seu signaturæ Papæ non creditur sine confectione literarum.
- 3. Gratia signaturæ per Papam prædefinitum, sortiuntur effectum per hanc Reg. Rationi congruit, sine nova signaturæ.
- 4. Bulla expedita tempore prædecessoris, an tempore hujus Papæ possit iterum expediri, utpote addendo quid, vel minuendo, in forma rationi congruit, & n. 10.
- 5. Hac Reg. auctior facta est per novissimos Pontifices.
- 6. Supplicationi soli seu signaturæ creditur quoad effectum gratiæ.
- 7. Regula hæc non obtinet in bullis signatis & expeditis.
- 8. Clausula restrictiva Pauli III. & Julii III. ut licentia concessa expediendi gratias ab immediato Pontifice emanatas, extendatur ad gratias etiam alterius prædecessoris Pontif. ad sex duntaxat mentes, non habet locum in immediate præcedente pontifice.
- 9. Quid si impedimentum supervenerit ei, cui Papa gratificatus est.
- 10. Bulla expedita tempore prædecessoris an rursum, si quid per negligentiam fortè omissum est, possit gratia expediri.

T expediri

Glossa
Rivini
Tartar
Vlas
Arles
Lice
Lice

expediti juxta formam rationi congruit.


11. Actus qui non tenuit, seu ad suam perfectionem non pervenit, reiterari potest.

12. An Regula hæc obtineat in Legatis & Ordinariis?

13. Reg. hæc extendenda ad quoscumque Pontificis Concessionem.

14. Reg. hæc cessat in iis gratis, que sunt extinctæ.

15. Quid dicendum in gratia Pontificis verbo facta & per testes probata.



REGVLA VIII. INNOCENTII

Qua est PAULI V. IX.

DE LITTERIS IN FORMA RATIONI CONGRUIT.

Item voluit quod concessa per prædecessorem suum, & de eius mandato, expédiantur in forma rationi congruit.

GLOSSEMA ALPHONSI.

In ista Regula dicitur, quod concessa per Sixtum expédiantur in forma rationi congruit. Forma rationi congruit est ista, &c. quod si Papa Sixtus signavit unam Gratiam, per illam Gratiam est jus questum de mero jure, sufficiat glo. singularis juncto textu in c. dudum s. nos enim de sepul. omitto allegare Bald. in l. humanum C. de legib. & Doct. in proemio vi. & Abbatem in c. nostri de elect. & in cap. in nostra de rescript. tamen quia non datur fides supplicationi, sine consensione literarum juxta Regula Cancellaria, ut infra patebit; juxta ea qua dicit Bald. in l. falsus C. de furt. in Rubr. qui successores teneantur in prima Rubrica Collatione 2. & Oldr. in consil. CCCXXIII. quod incipit, factum tale est in m. eob. maxime in his gratis que tribuunt Jurisdictionem, ut dicunt dicti Doctores. Isto videbatur quod ex quo non erant Bullæ expeditæ tempore Sixti, quod amplius non debebant expeditæ quia gratia videbatur facta ut inde expédirentur Bullæ, ut dicit Antonius in suo consilio & etiam Oldrad. in uno alio consilio suo cccxxvi. quod incipit articuli in v. c. & de statutis per Sedem Apostolicam possem ponere exemplum in cap. non debet de consang. & affinit. & in c. de multa de præb. & in c. si motu proprio de præb. lib. 6. & in multis aliis &c. Tamen Papa vult hoc ut expédiantur istæ supplicationes per formam rationi congruit, in qua dicitur quod rationi congruit; ut ea qua à prædecessoribus nostris concessa fuerunt, præpediente obitu ipsius non fuerint expedita, quatenus tamen temporibus nostris plenum habeant effectum, & expédiantur &c. & tunc expédiantur per Cancellarium sine nova concessione, vel signatura per istam Regulam.